6. Matth.5.v 46.& Luc.6 v.32. permutatur vocabul... *& gratiæ.* Nam apud Matthæum legitur: *Si dilexeritis eos ... eos, quam mercedem habetis?* Apud Lucam verò sic expr... *gitis eos, qui diligunt vos, quæ vobis est gratia?*

7. In quotidiano sermone vox mercedis eodem ... quam usurpatur, *ut*, cùm Pater Filio dicit, Da gnaviter operam literis, & referes egregiam à me mercedem, ut novam ... ud quippiam. Hic vestis appellatur merces, quæ tamen ... sed libero Patris dono obtingit filio.

Vitam æternam esse mercedem indebitã, probatur 5. argumentis. Sic ergò demonstravimus, dari quandam mercedem ... sit gratuita & indebita: Restat illud, *quo sensu ... æter... occupari queat?* Quòd autem non sit merces operibus de... est facilimum.

1. Quia inter opera nostra & salutem æternam nulla ... *tio. Illa* finita sunt & imperfecta, *hæc* infinita & perfectissima ... meritum verò & mercedem debitam justa proportio ... bet. Huc spectant dicta Gen.32.v.10. *Domine minor sum cun... tionibus tuis.* Et Rom 8.v.18. *Non sunt condignæ passiones hujus ... ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.*

2. Quia opera nostra *aliàs debita* sunt. Nemo autem ex ... gno potest aliquid promereri officiis debitis. Unde Sal... Luc 17.v.10. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sun... inutiles sumus, quæ debuimus facere, fecimus.* Si post legem ... pletam inutiles servi sumus, quid mereri poterimus, ... tùm legem Domini observamus?

3. Quia bona opera sunt *Dei dona* 1.Corinth 4.v.7 ... nat Deus, non nostra merita, sed sua munera coronat, ... culum.

De terminis Latin.

— *Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.*

Hinc *Bernhardus* dicere fuit solitus: *Omnia merita nostra esse dona Dei, ita, ut homo propter ipsa magis debitor sit Deo, quàm Deus homini.*

4. Quia Paulus è negotio salutis perpetuò *excludit opera meritoria*, ut Rom. 4. v 5. *Ei qui non operatur, credit autem, imputatur fides in justitiam.* Eph. 2. v. 8. *Gratiâ estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est: Non ex operibus, ut ne quis glorietur.* Tit. 3. v. 5. *Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam salvos fecit.* Ubi verò hîc manet relatio illa Pontificia inter mercedem & meritum? Salus æterna ut merces dabitur, neque tamen ex operibus vel meritis. Quare positâ mercede non statim præsupponitur meritum, ideoque salus sempiterna, cùm merces dicitur, non debita, sed gratuita debet intelligi.

5. Quia vita æterna nuncupatur *χάρισμα, vel donum gratuitum* Rom. 6. v. ult. Si donum est, merces debita non est; & si ex gratia datur, ex operibus non datur *Rom. 11. v. 6.* Alibi dicitur hæreditas, ut *Coloss. 3. 24.* Quod autē per hæreditatem nobis obtingit, hoc non ex merito, sed ob solam *υἱοθεσίαν* provenit.

Proinde si vita æterna merces dicitur, ita exponi debet, ut simul verè nuncupari queat gratuitum Dei donum & hæreditas. Atqui hoc fieri nequit, si mercedem interpreteris de compensatione operibus debita, secundum adæquatam proportionem. Sic enim implicaretur contradictio, cùm merces debita dono gratuito sit opposita. Quare hinc sequitur, quòd vita æterna merces sit merè indebita, & ex sola Dei misericordia profecta.

Cur vita æterna merces dicatur?

Porrò autem *duas* potissimùm causas assignare possumus, cur gratuitum salutis donum simul merces indigitetur.

1. Ob consecutionem.

1. *Ob consecutionem*, quia omne bonum, quod insequitur labores, merces dicato sensu nominari solet merces, licèt detur ex mera gratia. Sic ampliùs hæreditas vocari potest merces filialis obedientiæ & industriæ, neque tamen ex merito aut propter labores datur, cùm alias servi, quia plus laborant, plus hæreditare deberent, sed tantùm ob filiationem, juxta illud. *Nato filio, nata portio.*

2. Ob promissionem.

2. *Ob promissionem.* Quoniam enim Deus pollicetur in verbo, se benè operantibus daturum esse vitam æternam, hinc quasi debitor noster redditur, cùm omne promissum cadat in debitum: unde fit, ut & ipsi saluti mercedis nomen ob pollicitationem imponatur. Declarari

rari hoc poteſt exemplo aliquo. *Ut, ſi herus ſervo* [illegible] cum omni opera ſua domini eſt, ex liberalitate polli[illegible] ſi ſtrenuum ſeſe ac fidelem exhibuerit, donum certè [illegible] merces eſt, ob promiſſionem tamẽ appellatur mer[illegible]es: Ita & ſervi emptitii ſumꝰ Salvatoris noſtri, vita æterna pr[illegible] ſpectu merces dicitur, non certè debita, ſed merè gratuita [illegible] remiſſionem datur, ex merito operum non orietur. Atq[illegible] *Auguſt.* t. 10. ſerm. 16 de verb. Apoſt. col. 339. *Deus debitor* [illegible] *non aliquid à nobis accipiendo, ſed quod ei placuit, prom*[illegible] 8. oper. in Pſ. 32. col. 211. *Fidelis Deus eſt, exhibens quod* [illegible] *Tentamus fideliſſimum debitorem, quia tenemus miſericord*[illegible] *miſſorem. Neq; enim aliquid ei commodavimus, aut mu*[illegible] *vimus, ut teneamus eum debitorem: cum ab illo habeamus, q*[illegible] *offerimus, & ex illo ſit, quicquid boni ſumus.* Et col. ſeq. *T*[illegible] *debitorem. Unde debitorem? quia promiſſor eſt.* Et tom. [illegible] verbis Domini, col. 124. *Non debendo, ſed promittend*[illegible] *Deus fecit*, id eſt, *non mutuò accipiendo.*

Quod ipſum adeò verum eſt, ut hoc fateri coactus fuer[illegible] *nus*, qui in Antidot. Evang. ſuper Matth. c. 5. p. 45. ita ſcribit: *Eſt q*[illegible] *promiſſio Dei gratuita, promiſſione autem ſemel facta, retributio non gratuita ſed debita, non quia Deus nobis aliquid debet, ſed quia e*[illegible] *gratuitò promiſit, debitor factus eſt, & ſeipſũ negare non poteſt.* [illegible] verbis apertè ſequitur, falſum eſſe *Bellarm.* pronunciatum, l. 5. [illegible] c. 3. *Scripturam diſertis verbis dicere, hanc mercedem dari oper*[illegible] *ſoli promiſſioni.* Contradictionem illa habeat manifeſtam: *Deu*[illegible] *nihil debere*, uti verè ſcribit *Stapletonus*: Et *Deum dare merced*[illegible] *tam operibus noſtris*, quod affirmat *Bellarminus*. Hæc nimiru[illegible] guis illa & toties jactata Romanenſium concordia!

QUÆSTIO XXXIII.

Mereri & meritum quid ſignificet?

Bona opera non dicuntur merita.

VOx merendi & meriti ad bona hominum opera in Scriptur[illegible] commodata non reperitur. Bellarminus lib. 5. *de Juſtifi*[illegible] c. 2. profert teſtimonia.

Object. ex Ecclef 16.

Primum ex c. 16. Eccleſiaſt. v. 15. *Omnis miſericordia faciet unicuiq; ſecundum meritum operum ſuorum.*

Sed vitium eſt in vulgatâ verſione. Græcus textus ſic h[illegible]he[illegible] ἐλεημοσύνῃ ποίησον τόπον, ἕκαστος γὰρ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει, h. e. *[illegible] eleemoſynæ fac locum. Unusquiſq; enim ſecundum opera* [illegible]

... dicitur, secundum meritum operum. Excipit Bell. illud κατὰ τὰ ἔργα ... secundum meritum operum. *Quid enim est*, inquit, *reddere ... secundum opera, nisi reddere, sicut opera merentur?* Verum non sunt hæc ... pellentia: eò quòd bona opera sint quidem mensura, *secundum* ... judicabimur, sed nō causa meritoria, *propter* quam salvabimur. ... enim Augustinus tom. 3. oper. in Enchirid. ad Laurent. c 99. col. ... Bas. *Nec liberatus habet de suis meritis gloriari, nec damnatus ... de suis meritis conqueri.* Si ergo de operibus *malis* sermo est, tum ... *secundum opera*, involvit meritum: sin *de bonis*, tantum nor- ... mensura & nota, secundum quam judicium instituetur, cujus dis- ... rationes alibi proferuntur.

Secundum ex Hebr. 13. v. 16. *Beneficentiæ & communionis nolite ... Talibus enim hostiis promeretur Deus.* Ex Hebr. 13. v. 16.

Verum & hæc versio non minus impropria, quàm barbara est. Nam ... apud Latinos usurpatur activè tantum, non passivè. In Græ- ... verbum εὐαρεστεῖται, quod placere significat non promereri. ... glossa ordinaria ipsa sic exponit: *Beneficentiâ placetur Deo.* Ex- ... & verbum istud Hebr. 11. v. 6. *Sine fide impossibile est εὐαρεστῆσαι*, hoc est, *placere Deo*, non promereri Deum. Sensus igitur *Hebr. 13.* hic ... *Beneficentia & eleemosyna sunt spirituales hostiæ Deo acceptissimæ, ... etiam gratuita liberalitate compensare dignatur.* Quid verò hoc ad merita bonorum operum?

Bellarminus tamen, ut meriti vocem & rem in Scripturis haberi doceat, duo reponit.

1. Latinè illum propriissimè mereri aliquid, qui rem alteri gratam fa- ... Cùm ergo beneficentia Deo sit accepta, rectè meritum vocabitur.

Resp. Hoc argumento nihil minus probatur, quàm meriti nomen. Neq; enim omnis res accepta, est statim meritoria. Per obedientiam & ... debitam subditi magistratibus, liberi parentibus, discipuli præceptoribus rem gratam faciunt, nec tamen ob id ex condigno ali- ... merentur. Antecedens igitur tum demum est verum, cùm æqua- lis æquali vel inferiori præstat officia civiliter indebita: sed fallit, si ad officia inferiorum debita, superioribus applicetur. Tales verò sunt eleemosynæ, ideoque placent Deo, non ut merita, sed ut pars obedien- tiæ; quas remunerat ex gratiâ, non compensat ex debito.

2. Verbum εὐαρεστεῖται conjunctum cum vocabulo hostiarum, simul innuere, quod Deus placetur & inducatur ad benefaciendum iis, qui benè ... Rectè igitur bona opera dici meritoria.

 Resp.

Resp. Non omnis hostia delectans Deum, est placa[illegible]toria. Talis enim in Novo Testamento est unica Christi [illegible] circa cùm eleemosynæ vocantur hostia Deo placen[illegible], in gene[illegible] hoc dicitur, secundùm quem obedientia, gratiarum actio & opus bonum hostia placens sine involutione merit[illegible] p[illegible]tur..

Ita ergo vidimus, neq; vocem neq; rem merendi aut me[illegible] operibus accommodati ex Scriptura deduci posse. De n[illegible] operibus usurpatum legitur *Deut.7.v.10.* (ubi in vulg[illegible] ne, non tamen in Hebræo.) *Judic.20.v.10. 2.Chronic.19.v.[illegible] Jo[illegible] 11.v.6. Esth.16. v.18. Hebr.10. v.29.* Sed nullibi bonis operibus t[illegible] quæ Deus quidem remunerat per suam gratuitam liberalitat[illegible] non ob illorum dignitatem.

Porrò autem diffiteri non possumus, *Patres* liberius e[illegible] & titulum meriti bonis operibus frequentius attrib[illegible] longè alio, quàm Papistico. Quòd enim opera ex condig[illegible] mereri non statuerint, aphorismi & sententiæ ipsorum ab[illegible] probant. Scribunt enim

Aphorismi Patrum de justificatione.

1. Gratiam & merita esse opposita.

1. *Gratiam & merita esse opposita.* Quia igitur salvamur pr[illegible] gratiam Dei, Ergò non propter merita operum. Augustinus t[illegible] per. lib. de naturâ & gratia contra Pelagianos, col 7[illegible] *Chr[illegible] ne quâ nec infantes, nec ætate grandes salvi fieri possunt, non [illegible] ditur, sed gratis datur propter quod gratia nominatur.* Gregori[illegible] 9. Moral. cap. 11. *Etsi ad opus virtutis excrevero, ad vitam non e[illegible] sed ex veniâ convalesco.*

2: Solo Christi merito nos justificari.

2. *Solò Christi merito nos justificari.* Ambrosius tom. 2 oper. 1. de Vocat. gent. cap. 5. *Vilesceret redemptio sanguinis Christi, [illegible] cordiæ Dei humanorum operum prærogativa succumberet, si [illegible] quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non m[illegible] gientis, sed merces esset operantis.* Prosper. lib. de ingratis.

Nam meritum ad mortem subeundam sufficit unum,
Ad vitam, nisi quod donârit gratia, nullum.

3. Ex sola fide nos justificari.

3. *Ex sola fide sine operibus justitiam obtingere.* Ambrosius [illegible] per. Commentario in epist. ad Rom. c. 3. *Nihil operantes, n[illegible] dentes, solâ fide justificati sunt, dono Dei.* Et tom. 2. oper. lib. 1. de V[illegible] gent. c. 5. *Agnoscas, nullâ posse tam præclara opera existere, qu[illegible] quod gratis tribuitur, per retributionis judicium debeatur*

[illegible]

De terminis Latin.

4. *Gratis salutem conferri.* Augustinus tom. 10. de verbis Apost.
...m.15. col.330. *Nihil in eis invenis, unde salves, & tamen salvas. Gratis*
...*gratis salvas. Omnia merita pracedis, ut dona tua consequantur me-*
...*tua. Prorsus gratis das, gratis salvas, qui nihil invenis, unde salves, &*
multum invenis, unde damnes.

4. Gratis salutem conferri.

5. *Opera nostra malis permixta & imperfecta esse.* Gregorius M.
...b.9. Moral. cap. 2. *Sanctus vir, quia omne virtutis nostræ meritum esse*
...*conspicit, si ab interno arbitrio districtè judicetur, rectè subjungit;*
si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille.
Augustin. tom. 2. epist. 29 col. 116. *Quamdiu virtus augeri potest, profe-*
...*d, quod minus est, quàm debet, ex vitio est. Ex quo vitio non est ju-*
...*in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo vitio non justificabi-*
...*in conspectu Dei omnis vivens.*

5. Opera nostra imperfecta esse.

6. *Vitam æternam mercedem esse, sed gratuitam.* Hilarius comm.
In Matt. can. 20 fol. 306. edit. Basil. an. 1570. *Merces quidem ex dono nulla*
est, quia debetur ex opere: sed GRATUITAM Deus omnibus ex fidei justi-
fi... one donavit. Augustinus tom. 10. oper. lib. homil. 50. hom. 14. col.
444. *Si debita redderentur, supplicium redderetur.* Et col. sequent. *Cum*
ergo Deus coronat merita tua, nihil coronat, nisi dona sua.

6. Vitam æternam esse mercedem gratuitam.

Ex his ergo omnibus luculenter apparet, Patres vocem meriti &
mer... adhibuisse quidem, sed ita exposuisse, ut opera nihil merean-
...r, & salus divinæ gratiæ in solidum tribuatur. Neq; potest salvâ ve-
...rate aliter statui. Meriti enim propriè dicti quinq; conditiones vul-
gò numerantur. 1. Ut *non sit debitum.* 2 Ut sit *tantùm nostrum.* 3. Ut sit
è nostro. 4. Ut sit *mercede dignum.* 5. Ut *proportione superet*, aut saltem
æquet mercedem. At verò bonis operibus requisita hæc omnia desunt.
Nam 1. debita sunt. 2. Non nostra, sed Dei dona. 3. Non è nostris viri-
bus, sed ex gratia Dei profecta. 4. Nec propter se compensatione di-
gna. 5. Neque ulla inter nos Deique visionem beatam est propor-
tio. Nihil enim, imò minus quàm nihil sumus cum Deo collati.

Conditiones meriti propriè dicti.

Quæ omnia cùm ita sint, non immeritò quæritur. *Quonam*
sensu & quanam occasione merendi meritiq; vocem tàm crebro usurpa-
verint Patres? Ubi sciendum, quòd declinante Latinæ linguæ puri-
tate, circa 200. annum Domini valdè frequens cœpit esse scriptoribus
etiam Ethnicis Verbum merendi in ea significatione, prout simplici-
ter indicat aliquid consequi, sive gratis, sive ex debito. Unde factum,
ut omnia officia pietatis & humanitatis, quæ gratis compensantur,

Mereri idem quandoq; est, quod consequi impetrare.

καταχρηστικῶς appellata sint *merita*. Potest verò [illegible] generali [illegible] variis exemplis demonstrari.

In versione vulgata duo habentur. *Alterū* est G[en]. 4 [illegible] *est iniquitas mea, quàm ut veniam merear*, id est, consequar. [illegible] enim peccatorum ex condigno nullus hominum mereri [illegible] *rum* Josuæ 11. v. 20. *Domini sententia fuerat, ut indurarentur* [illegible] *rerentur ullam clementiam*, hoc est, non impetrarent aut [illegible] *tur*.

In scriptis Patrum multa passim exempla occurrunt [illegible] in collatione *Carthaginensi*, ætate Augustini, frequens [illegible] significatu. Cognit. 3. artic. 16. ait Emeritus Donatista [illegible] *vit? Quis legem meruit? Quis judicium postulavit?* innuens [illegible] *doxi collationis legem ab Imperatore obtinuissent, suum* [illegible] *nem aperire*. Et rursum: *Ut omittamus, quantus sanguis Ch[ristianorum]* *fusus sit per Leontium, Ursatium, Macarium, Paulum, &* [illegible] *executores, quos in Sanctorum necem à principibus* [illegible] est, impetrârunt. Ambrosius tom. 4. oper. lib. 10. in Lucam cap. [illegible] *aqua, quæ Sacramentum Christi esse meruisti, quæ lavas omnia*, [illegible]

Eodem sensu in Orationibus Ecclesiæ Romanæ usurpatum verbum crebrò reperitur. Dominica 2. Adventus ita precatur [illegible] *cede nobis, ut sicut Jesum Christum per Virginis partum in form[a]* *corporis meruimus habere participem, & in regno gratiæ mer[eamur]* *ejus consortes*. Ecquis verò affirmaret, quenquam virginis p[artum] Christi incarnationem suis operibus mereri potuisse? Octav[a] [illegible] tatis: *Tribue quæsumus, ut virginem pro nobis intercedere sent[iamus]* [illegible] *quam meruimus*, (id est, ex gratia obtinuimus) *authorem vitæ* [illegible] Hinc quædam Collectæ pro meruimus, aut mereamur, hab[e]mus, *consequamur*, & similia; quod Cassander ipse sic intelligi [illegible] esse confitetur, in *hymnis Ecclesiasticis*.

Præterea, quàm generaliter merendi verbum olim [illegible] patet ex Latinis versionibus Græcorum Patrum. Dionys[ius] cap. [illegible] clesiast. Hier. ait: *Donavit illis divinâ benignitate, divinitatu par[ticipes]* *fieri*, ἐδωρήσατο, inquit, quæ vox meram gratiam significat. [illegible] verò sic reddidit: *qui divinitatis participationem promererentur.* [illegible] cap. 2. par. 2. *Rogat baptizandus* θεῦ καὶ τῶν θείων τυχεῖν. *Dei & divi[no]rum particeps fieri*. Interpres: *Ut DEO diviniśq; mysteriis fruu[n]atur*.

... lib. 8. de demonstrat. Evangelicâ, fol. 396. Edit. Basil. An- *nis Latin.*
... *Petrus admirans τοὺς ἀμφὶ κορνήλιον ξ ἁγίου πνεύματ⊕ ἠξι-*
... *eos qui ex familia Cornelii sancto Spiritu digni habiti fuerant*,
... era nempè Dei misericordia. Interpres: *Qui sanctum Spiritum ac-*
... *meruerant.*

Adde, quòd in profanis etiam authoribus vox meriti pro gratu- ... o sæpius accipiatur. *Cicero* epist. 1. lib. 1. scribit Lentu- ... *Tanta magnitudo est tuorum erga me meritorum* &c. Lib. 11. epist. ... Bruto: *Magno præterea beneficio ejus, magnoq; merito sum* ... *Sic Plancus Ciceroni: Quid enim pro maximis tuis ac penè* ... *in me meritis præstare amplius possim?* Sic 5. Æneid. *Meri-* ... *immemor unquam.*

Ex his ergò omnibus merendi meritique ambiguitatem satis ... putamus. Meritum enim sumitur 1. *strictè*, pro labo- ... aut officiis ex condigno aliquid merentibus. 2. *latè*, pro ali- ... beneficio & dono, quod gratis consequimur. Sic mereri, *vel* ... pretium debitum ex condigno acquirere, *vel* aliquod donum ... consequi & obtinere. Posteriori tantùm sensu, non priori Patres dicunt, quòd vitam æternam mereamur, hoc est, ex gratià ... consequamur, & quòd salus sit meritum operum, hoc est, gratu- ... donum, quò DEUS ex merâ liberalitate opera nostra se remune- ... aturum esse promisit.

Meritum sumitur 1. Strictè. 2. Latè.

QUÆSTIO XXXIV. ET ULT.

Jejunare quid denotet?

Ad T. 4. lib. 2. de Bonis operibus in partis.

Vox jejunii accipitur *partim* figuratè, *partim* propriè.

Figurata significatio est triplex.

1 *Synechdochica*, cùm totam pœnitentiam vel certè ipsam contritionem denotat, ut Levit. 23. vers. 27. *Jejunabitis vel affligetis a-nimas vestras in die expiationum.* Sic cùm Daniel *cap. 9. vers. 3. & cap. 10. vers. 23.* dicit, se jejunasse, non modò externam abstinentiam, sed potiùs internam cordis pœnitentiam & contritionem intelli-...

Jejunium Synechdochicum.

2. *Catachrestica*, cùm crucem, omnesq; calamitates piorum significat, quo sensu vox hæc posita videtur Matt. 9. v. 10. *Cùm auferetur ... sponsus, tunc jejunabunt*, h. e. tum satis habebunt, quod lugeant

& tristentur. Ad hanc Catachresin & illud reduci potest ... junare dicitur, quando vel propter cibi penuriam ... tur inediam pati, vel ratione valetudinis non potest cibum ... quod ipsum proprio vocabulo appellatur λιμὸς vel fames ... 27. & ἀσιτία vel esuries, *Act. 27. v. 33.*

Allegoricum. 3. *Allegorica,* cum sumitur pro vitæ innocentia & ... stinentia, quo sensu Plutarchus dixit, νηστεύειν κακότητος. E... ptio in scriptis Patrum frequens est, Origenes tom. ... 10 in Levit. cap. 16. fol. 159. Edit. Basil. Anno 1571. *Vis tibi ... le te oporteat jejunare jejunium? Jejuna ab omni peccato ... actibus. Tale jejunium Deo placet.* Basilius tom. 1. oper. homil. ... nio fol. 316. Edit. Basil. Anno 1565. *Verum jejunium, ma... tio.* Augustinus tom. 9. tract. 17. in Evangel. Johan. de cap. 5 ... *junium magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & ... luptatibus seculi quod est perfectum jejunium.* De hoc ... Dominus Esa. 58. v. 6. 7. *Nonnè hoc est magis jejunium, ... vere colligationes impietatis?* &c.

De his autem acceptionibus figuratis non quærimus, sed ... propriè significet, attendimus.

Propriè dictum. Quod tribus modis exercetur. Est autem secundum generalem propriamque accept... hil aliud, quàm *abstinentia à cibo potuque voluntaria,* quæ tribus ... mum modis exerceri potest.

1. *Cùm* talis moderatio in victu adhibetur, ne vel corpora ... rentur, vel corda graventur, quæ virtus propriè vocatur *temp... & sobrietas.* Huc respexit *Isidorus,* quando lib. 6. Etym. cap. 19 ... *junium est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum, cui nomen ... tum ex quadam parte visterum tenui semper & vacuo: quod ... num vocatur.* Ubi rectè quidem jejunium in genere descr... tamen commodam Etymologiam tradit. Non enim je... testino jejuno, sed hoc potius ab illo suam denomina... cepisse videtur. Jejunium autem istud à nonnullis vocatur *Ph... cum,* vel *morale,* cùm & Philosophi de illo in disciplina moru doce...

2. *Quando* non in totum, vel à prandio, vel à cœna ... aliquid tamen attrahimus, tùm in quantitate, tùm in qualitate ... vel non tàm multum, vel non tàm delicatum cibum, quantus & q... etiam salvâ temperantiâ capi posset, assumimus. Huc spectat exem... *Danielis,* qui cap. 10. v. 3. de se ait, *Panis delicatus & vinum, & ... introierunt in os meum.*

... de quis in totum vel à prandio, vel à cœna abstinet, id *De termi-*
... mè est jejunare. Exempla leguntur *Judic.20.v.26.2.Reg.* *nis Latin.*
... *&* ... *p.3.v.35. Act.10.v.30.*

... ita præsuppositis, nunc istud in controversiã venit, *An je-* *An jeju-*
Papisticum verè propriéq; dici queat jejunium? Consistit autem *nium Pa-*
... in omnimoda abstinentia, nec in cibo parciori, & austeriori, *pisticum*
... um in delectu ciborum. Concedit enim Papa jejunanti- *propriè*
... um, pisces & alias delitias, modò abstineant à carnibus, ovis, *dici queat*
... quis ergo vel maximè ventrem distendat piscibus, & lau- *jejunium?*
... vivat, attamen si esum carnium intermittat, jejunasse dicitur in *N.*
... u.

... autem hic adponam argumenta Nostratium, quibus illud
... m, vel potius carnisprivium fortissimè refutatur, ut quòd sit
... um merè humanum, & frustraneum, *Matth.15.v.9.* doctrina
... iorum *1.Tim.4 v.1.2 3.* Simoniacum, hypocriticum, Christique
... o non parum detrahat, cùm opinionem cultus & satisfactionis
... xatu habeat: sed hoc tantùm urgebo, quòd secundum proprieta-
... nihil minus sit, quam jejunium.

Dicitur *hoc* apud Græcos *νηστεία*, à *νὴ* particula privante, & vel *νηστεία un-*
... *ἐσθίειν*, quod est comedere, unde *νηστεία* Latinè vertitur inedia; *de dicta.*
... *ἰσχύω*, quod est validum & firmum esse. Quia enim per je-
... corporis robur imminuitur, hinc *νηστεία* indigitatur. Hebræi *Hebræum*
... vocant צום a radice צמם quæ significat exugere, emulgere, quia צום
per jejunium vires corporis exhauriuntur. Alii vertunt per præcidere,
... en'u usurpatur *Deut.21.v.12.* quando mulieri captivæ, quam do-
... us vult in uxorem ducere, præciduntur ungues & ad operas libe-
rales aptantur. Ita צום jejunare, est cibum præcidere, ut homo a-
... s reddatur ad obsequium in exercitiis spiritualibus. Aliquando
describitur per verbum עָנָה vel etiam נָגַה quod molestiam, af-
flictionem & tristitiam denotat, à qua posteriori voce Latinum jejunii
vocabulum ob literarum cognationem deductum censet *Flacius* part.
1. Clavis tract.6 p.306.

Et certum est, quòd Scriptura jejunium semper describat per af-
flictionem & humiliationem animæ, *Levit. 16. vers. 31. 3. Reg. 21. vers. 5.*
Dan.10.vers.12. Joel.2.v.15. Judith.4.vers.9. Qui enim jejunabant, non
tantùm cibo & potu abstinebant, sed simul alias etiam licitas sive deli-
tias, sive delectationes, vel commoditates, quibus corpus foveri &

Dd refo-

refocillari solet, intermittebat, & habitus gestusq; ...

Neq; vel ex Scriptura, vel ex probatis authoribus ... ferri potest, ubi jejunare is dicatur, qui à carne abst... & ... ingurgitat, quemadmodū in Papatu fieri consue... Ven... terræ & arborū fructibus, vino, ficerâ & simili... adeò ... tum in die abliguriunt, ut ad digerendā ingluviē vix suf... ficiat. Et hoc ipsis est jejunare, carnemq; subigere, ... vivat, qui piscibus benè conditis, & fructibus lautè ... quàm qui carne fumo duratâ, arido caseo vel ranc... Sic ergo jejunant, ut ventré semper repletum habeant ... stinent, sed alias lautitias adhibent: subactionem libidin... & nihil minus quàm libidinem fugiunt. Verè hoc est ... nium, adeoq; nihil aliud, quam σιδηρόξυλον, quod & ... *gust.* tom. 10. serm. 157. de tempore col. 949. ità scribens: *Sunt ... servatores quadragesima delitiosi potius, quàm religiosi, ex ... suavitates magis, quàm veteres concupiscentias cast... copiosisq; apparatibus fructuum diversorum quorum ... pores superare contendunt, Vasa in quibus cocta sunt carnes, ... munda formidant, & in carne sua, ventris & gutturis ... midant. Jejunant, non ut solitam temperando minuant edaci... ut immoderatā differendo augeant aviditatem. Nam ubi tem... advenerit, opimis mensis tanquam pecora præ opibus irruūt, ... tendunt: artificiosis & peregrinis condimentorum diversitat... capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt jejuna...*

CAPUT SECUNDUM.

Ad Tom. 1. Contr. 2. de Christo.

In quo vocabula quædam Græca exponuntur.

QUÆSTIO I.

An ὑπόστασις, cùm personam Trinitatis notat, vocabulum sit ...

Controversia potissimùm est de loco *Hebr. 1. v. 3.* quippe ... lo ὑποστάσεως vox ad Deum habetur applicata, & dici... Filius sit ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσ... est, Dei Patris. Quæritur ergò, quid ὑπόστασις in textu isto sig... num *essentiam*, an verò *personam*?

Opinio Papicolarū.

Papicolæ pleriq; exponunt de substantia vel essentia, ne... possunt, cùm ita verterit vulgatus interpres, à quo recedere est ... ma Concilii Tridentini incurrere. Sic enim habet ille: *Cum ... gloria & figura substantia ejus.* Neque diffitemur Patres quos...

... ὑποστάσεως vocem, in quorum numero est *Epiphanius* lib. *nib. Grac.*
... hæresi 69. fol. 259. Edit. Basil. Lat. Anno 78. quos sequens *Che-*
... part. 1. L. C. loco de Deo in specie cap. 2. mihi f. 41. b. edit.
... quarto, anno 1594. de dicto isto Apostoli scribit: *Quod*
... *Ecclesia usitate οὐσίας vocamus, ibi ὑπόστασις appellatur.* Et inde
... *vocabula ista non esse ex phrasi Scripturæ, sed communi lo-*
... *in usu desumta.*

Patres verò & Theologi alii existimant, per ὑπόστασιν ibi non es- *Aliorum*
... sed *personam* denotari, quos inter est *Chrysostomus, Theodore-* *Patrum.*
... *lactus, Oecumenius.*

... sanè interpretatio istius dicti difficilis est, & undiquaque du- *Argumen-*
... Sic enim quis argumentari potest: In omni charactere & imagine *ta in utrã-*
... requiruntur. 1. *Convenientia*, 2. *Differentia*. Quæ enim per omnia *que partẽ.*
... sunt, idem sunt: quæ per omnia differunt, diversa non similia
... Quo præsupposito, videtur, quòd Filius nec secundum οὐσίαν, nec
secundum ὑπόστασιν imago Patris dici queat commodè. Non *respectu*
... quia secundum hanc Pater & Filius unum sunt: Non enim es-
... Filii est similis essentiæ Patris, sed est illa ipsa.

Non *respectu* ὑποστάσεως, quia secundum hanc Filius à Patre per omnia differt. In quo ergo imaginis ratio est quærenda?

Porrò, *quòd Filius sit imago Patris respectu essentiæ, non personæ* ... is argumentis confirmari potest.

1. Omnis imago notat similitudinem & conformitatem cum ea re, cujus est imago. Atqui in personali relatione Filius non est Patri similis, sed ab eo potius distinctus, ut genitus à gignente. Quare in personali relatione non consistit ratio imaginis, sed in essentia divina.

2. Ratio imaginis, ut omnes fatentur, in eo est sita: quia, ut pater est æternus, omnipotens, &c. ita etiam filius est æternus, omnipotens, &c. Jam æternitas & omnipotentia est Dei essentia, non relatio hypostatica. Ergo imago fundatur in essentia, & non in relatione personali.

3. Filius dicitur imago patris essentialis, naturalis, substantialis. Ubi personalis imago dicatur, vix apud probatos authores reperitur. Quare fundamentum imaginis est natura, non personalis proprietas.

4. Filius dicitur & est imago Patris, quia in Filio gloria patris splendet, Filius in se totam essentiam & substantiam Patris exprimit, in Filio videmus Patrem, à Patre omnia Filius facit, Patris mentem & consilium nobis exprimit, talis Pater est, qualem Filius nobis

annunciat, &c. quæ omnia spectant non ad n... tionem h... sed ad naturam divinam.

5. Afferri potest clarissima sententia *Conc... Eph...* Synodica ad Nestorium: *Propter unam eandemq; sub... imago & character splendor gloriæ ejus*, (Patris) *existens*. Cy... 2.lib.5.Dial.de Trinit.col.324.edit. Basil. Anno 1546 *Filius e... similitudo exacta substantiæ Dei ac Patris*. Nervosè *N... ian...* 1.operum,orat.5. de Filio fol.164. edit. Basil. Anno 157. *Con...* inquit, *& facilis demonstratio naturæ Patris est Filius*. Et ... 165. *Filius dicitur imago, tanquam ejusdem essentiæ cum Pa..., qu... Filius à Patre fit, non Pater à Filio.*

Argumenta hæc vide *Tom.3.disp.Gies.* disp.4. th.58 p. 76 ...

Tandem, *quòd ὑπόστασις personam significet*, *non essent...* probatur.

1. Ratione cujus inter Patrem & Filium est mera ide... dum illud Filius non est imago Patris, quippe quæ a... am requirit. At ratione οὐσίας inter Patrem & Filium est me... Quare secundum οὐσίαν Filius non est imago Patris.

2. λόγος est illius imago, cujus est Filius. At ver... non ... sed Personæ Patris est Filius, siquidem persona generat ... Ergo & personæ imago est, non essentiæ.

Et hæc sunt argumenta illa, quæ positam quæsti... dunt dubiam, ut quid statuendum sit, difficulter appareat. ... licunque tamen decisione tres conclusiones forma...

Deciditur quæstio trib9 conclusionib9. Prim.

I.

Filius non absurdè imago Patris dicitur secund... essentiam.

Est enim hæc communis vox Patrum, totius Eccl... & usu comprobata. Neq; unitas essentiæ tollit rationem ... stinguendum enim est inter similitudinem *Accidentalem & s... lem. Ibi* requiritur distinctio realis, *hic* sufficit modalis. Q... am una sit Patris & Filii essentia, diverso tamen modo habetur. N... Patre est ἀγεννήτως, in Filio γεννητῶς. Quocirca datur quidem ... re, sed diversitas in modo. Est quidem Filius cum Patre unum, ... tiam illimitatè sumas: est tamen imago essentiæ Patris, si l... cipias. Quare cùm Filius imago οὐσίας paternæ dicitur, h... Quam essentiam Pater habet à seipso, eam Filius accepit à Pa... substantialis imago Patris appellatur.

II.

Sano etiam sensu Filius est imago personæ Patris.

Quod ut intelligatur, sciendum, personæ vocem *dupliciter* sumi: *Persona vox dupliciter sumitur.* [illegible] *materialiter & concretè*, pro persona essentiam habente. 2. *Formaliter* [illegible] *pro* [illegible], pro persona νοητῶς quadam distincta ab essentia, ut fermè [illegible] quod personalitas. *Priori* sensu Filius rectè dicitur imago per[illegible] Patris. Nam Pater est persona, ideoq; cùm Filius ab omnibus vo[illegible] imago Patris, cur non diceretur imago personæ Patris? Neque [illegible] Pater & persona Patris materialiter sumta, differunt. Est ergo [illegible] per appositionem dictum: *Filius est imago hypostaseως Patris*, i.e. [illegible] *primæ, quæ est Pater. Posteriori* autem sensu Filius non est ima[illegible] personæ. Ipsa enim ratio imaginis non consistit in personalitate, se[illegible] cundum quam Pater & Filius differunt, sed in essentia, secundum quam [illegible] conveniunt. Declarabo, si possum, luculentius: Similitudo est [illegible] quædam relatio. Concurrunt igitur tria: 1. *Relatum*, quod est Filius in [illegible] nostro exemplo. 2. *Terminus*, vel correlatū, quod est Pater. 3. *Ratio formalis*, in quâ fundatur similitudo. Jam igitur si quæras de *termino* vel [illegible], cuinam assimiletur Filius? Parata est responsio, quòd Patri [illegible] personæ Patris materialiter acceptæ. Si quæras de *ratione formali*, [illegible] propter quam Filius Patri assimiletur, ea certè non est persona præcisè [illegible] seu personalitas, sed tantùm essentia, quam habent unam & eandem. non secus atq; cum homo homini similis dicitur, unitas essentiæ, non distinctio individualis attenditur. Et hoc unum si teneatur, Theologi nostri facilè conciliabuntur. Qui enim negant Filium esse imaginem personæ, respiciunt formale similitudinis, quod tantum est essentia: qui verò istud affirmant, respiciunt materiale, & correlatum, quod verè est persona Patris, non essentia. Relatio enim & similitudo [illegible] inter essentiam, quæ una est, sed inter personam Patris & personam Filii fertur, ideoq; filius personæ Patris rectè similis dicitur, mediante illa unâ essentiâ.

III. *Tertia.*

Vocabulum ὑποστάσεως Heb. 1. rectè exponitur de persona.

Cum enim Græci accuratè distinguant inter οὐσίας & ὑποστάσεως vocabulum, unde probabitur, Apostolum discrimen istud sustulisse, vocesq; distinctas de industria confudisse? Scopus insuper ipse hoc luculenter evincit. Apostolus Christum vocat characterem. At cujus? Vides de correlato quæri, non fundamento. Et respondet

ὑποστάσεως αὐτ͂, h. e. personæ Patris. Sensus ergo [illegible] emergit. *Filius est splendor gloriæ paternæ, imò chara*[illegible] *sonæ Trinitatis primæ, nimirum Patris.* In quo a[illegible] consistat, non quidem expressè scribitur, facil[illegible] tamen [illegible] quòd non sita sit in distinctione personali, q[u]â differunt [illegible] te essentiali, quâ conveniunt. Sicut igitur *Col. 1. v. 5.* Fi[illegible] invisibilis appellatur, ita hîc imago hypostaseως Patris. [illegible] sona, cui est similis, non res, per quam est similis, d[illegible] licèt & ista simul tacitò involvatur.

Ex quo sequitur, non carere vitio versionem vulga[illegible] σιν reddit per *substantiam*, non personam. Vidit hoc [illegible] ideoq; nihil veritus Tridentinum Anathema *lib. 2. de Christo* [illegible] *379. B.* ita disserit: *Nomine hypostaseως licèt aliqui intellexeru*[illegible] *am, tamen rectius alii accipiunt personam paternam.* Eandem [illegible] onem retinet *Franciscus Ribera* Jesuwita, super cap. 1. ad He[illegible] p. 59. *Hypostasis*, inquit, *individuum ostendit, ceu Patrem F*[illegible] *tum Sanctum, Petrum, Paulum. Atque hoc modo nun*[illegible] *accepi*[illegible] *stolus.*

Quæ omnia cùm ita se habeant, vocabulum hypostaseως, q[illegible] do personam Trinitatis significat, non prorsus ἄγραφον me[illegible] siasticum, sed simul ἔγγραφον & Biblicum, in Epistola ad H[illegible] datum, & à S. Patribus rectè, nec sine authoritate Spiritus Sa[illegible] reticis oppositum esse concludimus.

QUÆSTIO II.

αὐτόθεος quid significet?

BEllarminus *lib. 2. de Christo cap. 19.* taxat eos, qui Filium De[illegible] cant αὐτόθεον. Oritur autem erroris suspicio ex æquivoca[illegible] vocabuli. Nam αὐτόθεος duplicem sensum habet.

αὐτόθεος sensum habet geminum. Opponitur enim 1. *Productioni personali*, notatque DE[illegible] prorsus ἀγέννητον & improductum, qui à nullo est, nec per [illegible] cationem accepit divinam essentiam. Hoc sensu solus Pa[te]r e[st] [αὐ]τόθεος, quia solus ἀγέννητος, & DEUS sine omni principio. 2. [Pro]*ductioni temporali*, si significat DEUM, qui habet ess[illegible] riam increatam sine omni ortu temporis. Hoc sensu & F[ilius &] Spiritus Sanctus est αὐτόθεος. Ipsa enim divina essentia n[on] [e]st aliud, quam αὐτοθεότης, hoc est, divinitas increata, æterna, om[illegible]

[illegible]

[illegible] principium excludens, quæ sibiipsi & per seipsam, [illegible], quod est. Jam verò hæc ipsa essentia numero una [illegible]busque personis in Trinitate communis. Ut igitur Pater [illegible]θεος, quia essentia ejus increata est, nec aliquando cœpit: [illegible]us est αὐτόθεος, respectu essentiæ, cùm illam ipsam habeat, [illegible] Pater.

Deitas consideratur dupliciter.

Atque hoc est, quod alii dicunt, Divinitatem considerari du[illegible]citer: 1. Ratione *sui esse*. 2. Ratione *modi habendi*. Quoad [illegible]*um*, rectè vocatur αὐτοθεότης, quoniam à nullo producta est, [illegible] sensu Filius, cùm verè sit DEUS increatus, ob hoc ipsum me[illegible] appellatur αὐτόθεος. Quoad *modum habendi*, distinctio quæ[illegible]ritur inter personas. Pater enim Deitatem à nullo accepit, [illegible] à Patre, Spiritus Sanctus à Patre & Filio. Habet ergo divini[illegible] Pater per seipsum, Filius & Spiritus Sanctus per communicati[illegible] quo respectu neuter est αὐτόθεος. Solus enim Pater est Deus [illegible] à Deo, sed à nullo. Filius autem est Deus à Deo, nimirum genitus [illegible] Patre.

Summa igitur huc redit, quòd Filius rectè dicatur αὐτόθεος, & per seipsum DEUS, si opponatur productioni temporali, & intel[illegible]gatur essentia, quoad suum esse. Nequit autem vocari αὐτόθεος, [illegible] datur productio personalis, & consideretur essentia, quoad modum habendi.

Brevissimè: Filius est αὐτόθεος respectu essentiæ increatæ; non est αὐτόθεος, in relatione ad Patrem, à quo accepit essentiam. Habet quidem αὐτοθεότητα, sed non à seipso, ideoque non est αὐτόθεος [illegible] ut Pater, sed tantùm respectivè, quatenus productio temporalis excluditur, & increata Deitatis essentia intelligitur. Quod [illegible] consideraſſet Bellarminus, in culpando tàm temerarius, & in [illegible]cando tàm iniquus non fuiſſet.

QUÆSTIO III.

χάσμα quid significet?

REpe[illegible]itur hæc vox *Luc. 16. vers. 26.* ubi Abraham diviti epuloni [illegible] petenti ita respondet inter cætera: ἐπὶ πᾶσι τούτοις [illegible]ξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται. *In his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est.*

Bellarminus *libr. 4. de Christo cap. 11. col. 540. D.* ... intelligit voraginem quandam materialem, & loca... ter locum damnatorum & sinum Abrahæ, cui nihil ... sit: ex quo concludit, animam Abrahami non fuisse ... ferni limbo, eò quòd epulonis Abrahæque anima in ea... licet multum distanto, tum temporis extitisse dican...

Sed errat dupliciter. Sed dupliciter errat; 1. *Chasma in genere falsò dep...* sma propriè hiatus est à χαίνω, hio, & putat Bellarminus ...

Chasma in genere quid notet. istam semper significari talem hiatum, à cujus extremo un... rum nihil solidi sit interjectum. Ast falsò. Nam homini... gua nonne inter duo extrema oris labra intervenit? Sic h... convexus interjectam habet terram: hiatus terræ, aquam & aq... Proinde non sequitur; *Inter Abrahamum & divitem ... hiat... nihil solidi intervenit, & per consequens non fuit alter in cœlo, ... ferno, sed in eadem voragine.* Imò inverti potiꝰ debe... argu... *magnum chasma intervenit, idcirco non fuerunt in eodē lo...* ... enim magnꝰ hiatus sive vorago est, ii non sunt in ead... ratiocinatur *August.* tom. 2. epist. 99. ad Evodium col. 4... Anno 69. *Non utiq;*, ait ibidem, *sinus ille Abrahæ, id est, ... quietis habitatio, aliqua pars inferorum esse credenda ...*

Quid apud Lucā significet. 2. *Chasma in specie falsò ponendo.* Censet enim, pe... *cap. 16.* notari subterraneum quendam & inanem hiatu... bum Patrum & infernum damnatorum.

Sed 1. Talis intelligitur hiatus, qui prohibet transitum D... nim adeò firmatus, ut qui volunt transire, non possunt, ... transmeare. Quid autem obstaret motioni animæ hiatus ... vorago aut chaos oppositum? Certè facillimum fuisset Lazaro ... si per Chasma illud nil nisi spatium inane denotaretur.

2. Infernus ipse, ut alibi probatur, non est locus sub... quî ergo hiatus quidam localis in eo dabitur?

3. Abraham & dives epulo non fuerunt in eodem ... hic e... in cœlo, hic in inferno. Non igitur ejusdem loci interstitium ... Chasma significatur. Vidit quidem Abrahamum epulo, sed ... νοηματικὴν αἴσθησιν, Spiritu vel mente, non oculis, aut cor... dit eum non in eadem voragine constitutū, sed procul & in cœ... stentem.

4. Non tam historia, quàm parabola ibi describitur, mo...

di...

... cum 2. q... it. 22 ad Antiochum, fol. 280. editio. Com. anno ... *r. fo ... omo tom. 4. oper.* in commentariis super 1. cap. ad Galat. ... dit. Basil. Anno 1539. Ex parabolis autem inferre conclusio... riam, est ἄλογον, quia mutato genere prædicationis nihil se... . Et vulgo dici solet: *Theologia parabolica non est argumentativa.* ... ergo ratiuncula Bellarmini, ex parabola ista pro limbo Pa...

... Abrahæ finus, Lazari digitus, aqua refrigerii, & reliquæ ... bolæ partes non propriè secundum literam, sed metapho... & ... itualiter intelliguntur. Quæ igitur ratio sat prægnans dabi... chasma istud exponamus de loco quodam elementari, vel in ... terræ depresso, in quo animæ impiorum crucientur?

Quibus ita præsuppositis, nos per hiatum istum non loci distan... *statum immutabilitatem*, non inanem voraginem, sed *transe in... ... habitatem* notari existimamus. Decretum enim Dei est illud ... ob quod neque piis in infernum, neque impiis in cœlum pa... ... itus. Quia enim sic constituit, ut ex inferno nulla sit liberatio, ... adeò sit, sit qui transmeare volunt, non possint. Expositionem ... sequitur *Augustinus* tomo 4 l. ... q. ... Evangelic. c. 38. col. 352. ... *Abrahamdicit, ad ea ... quibus torquentur impii, ju... ... non posse transire ... quid aliud significat, nisi post hanc ... in carcere* (scilicet inferni) *ut inde non exeant, donec ... novissimum quadrantem, per incommutabilitatem divinæ senten... nullum auxilium misericordiæ posse præberi à justis, etiamsi velint ... ? Clarius adhuc *Euthimius. Hiatum*, ait, *magnum, dicit ... firmissimum Dei præceptum, tanquam ad modum hiatus, pro... ... horum & illorum commixtionem.* Consentiunt *Ambrosius, Chry... ... Beda, Theophylactus* & alii: Imò ex Pontificiis nonnulli à Bel... divortium faciunt, & nobis sese adjungunt. *Sebastianus Bar... ... Tom. 3. Concord. Evangel. l. 4. c. 6. p. 260.* super locum istum ita ... enotatur: *Est sensus Metaphoricus*, Magnum chaos inter nos & vos inte... jectum est, quod aditum obstruit, &c. hoc est, *Statutum à Deo ... nec nobis ad vos, nec vobis ad nos ullus aditus pateat: ideò fieri ne... ... ut ad te Lazarus mittatur.* Similia habet *Cornelius Jansenius* in *Conc. Evangelica*, cum quibus prius transigat Bellarminus, quàm aicam nobis scribat, datamque expositionem rejiciat.

QUÆSTIO IV.

Πέτρ☉ quid significet?

Ad To. 1. Contr. 3. de Pontif. Rom.

Primatus Romani quatuor columnæ.

UNiversa regni Papistici structura *quatuor* columnis ... valdè infirmis. 1. Christum Apostolo Petro universalem ... patum & Dominatum promisisse. 2. Promissum tradi... à Petro Apostolo Romæ usurpatum esse. Et 4. usurpat... continuari per hodiernos Petri successores, nempè Pont... nos. Primam columnam extruere conantur ex isto Christi ... v. 18. Σὺ εἶ πέτρ☉ καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω ... σίαν. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam me...* bus verbis solum Petrum Ecclesiæ Petram tum nomin... stitutum esse autumant. Nam Πέτρε vocabulum, uti con... *larm.* 1. de P. R. cap. 10. non tàm propriè, quam appellative ... ac si dictum esset: *Tu Petre, es* Πέτρ☉ *seu petra, & sup...* &c. Quæ interpretatio quàm sit contorta, quàm ana... cio Christi, & orthodoxæ antiquitati contraria, ... demonstratum est.

Πέτρ☉ lapidem unum, non petram significat.

Hic tantummodo vocem πέτρε considerabimus ... priè lapidem unum, non integram rupem aut petram, ... Bellarminus, significare asserimus. Πέτρα quidem habe... nem utramque, ut denotet tum rupem, tum lapidem vel ... *Hesiodus*, πέτρας ἐν χερσὶν ἔχοντες, quibus verbis indicat, ... rupes illis in manibus fuisse: πέτρε autem vocabulum in pr... thoribus non nisi de saxo usurpatum reperitur. Poeta inq... lum δειμαίνειν ὑπερτίλλοντα πέτρον, *timere superimminentem ...* unde Cicero: *Mors quasi saxum Tantalo semper impendet* ... πέτρ☉ idem est, quod λίθ☉ vel lapis unus, siquidem T... rupem, sed saxum imminere, in fabulis est. Vidit hoc *Jan...* que part. 1. commentar. in Concord. & histor. Evang. cap. ... dit. Lugd. Anno 1590. *Petrus*, inquit, *Latinis idem sonat*, ... Quam expositionem *Cyrillus* olim tradidit, quando tom. 1 ... c. 12. in Evangel. Joh. col. 73. edit. Basil. Anno 1546 scribit ... *tum fuisse hunc discipulum, fore, ut Cephas, id est lapis ...* istum Spiritus sanctus ipse innuit, quia κηφᾶς exposuit per ... non πέτρα, ut indicaret, Christum hoc voluisse, Apostolum ... non petram ipsam, sed lapidem in hac petra, sicut omnes Ch... deles πέτροι quidem sunt vel lapides, solus autem Christus ... propter magnitudinem & vim immotam...

... bus its stantibus hic concludimus: *Lapis unus non est funda- nib Græc.*
... quidem hæc in firmissima rupe; non uno lapide
... *Apostolus autem Simon à Christo vocatur πέτρ⊗,* hoc est, la-
... *πέτρα* vel rupes. Ergo *Apostolus iste non est fundamentum*
...

QUÆSTIO V.

... *vel Cephas num sit vocabulum origine Græcum?*

E... ur *Joh. 3. v. 43.* quòd Christus ubi primùm viderat Simonem, ... Andreæ, novum ipsi nomen imposuerit, dicens: *Tu es Si-* ... *Jona: σὺ κληθήσῃ κηφᾶς, Tu vocaberis Cephas, quod interpre-* ... *Petrus.* Ex hoc textu Papicolæ primatum Petri vicissim demon- ... agunt, & quidem *gemina* ratione, uti patet ex *Bellar. lib. 1. de* ... *10.17.*

... est, quòd Petro nomen mutatum sit, id quod non sine gravi ... tigerit.

..., quòd Christus nomen Græcum dederit, & ἀπὸ τῆς κεφα- ... vel capite Simonem appellaverit *Cepham.*

Prioris ... demonstratur alibi. Neque enim ex muta- tione nominis statim concludi potest aliquis primatus, cum alia sub- ... ratio. Christus enim Simonem nominavit Cephan, non ut p... um tribueret, sed ut futuram ejus in fide constantiam & soli- ... atem innueret. Deinde & aliorum Apostolorum nomina sunt mu- ... a, ... primatus monarchici concessione. *Act. 13. v. 9.* Saulus vocatur ... *Marc. 3. v. 17.* Filii Zebedæi vocantur Boanerges. Nec fuit me- ... cognomen, cùm Evangelista disertè scribat, ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὀνό- ..., non secus ac de Simone dicit, *vers. 16.* ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα πέ- τ... Et si à cognominibus non licet argumentari, neque firmum erit ... Petri nomine petitum argumentum, cùm & istud cognomen fue- ... expressè dicitur Act. 10 v. 5. *Accerse Simonem,* qui cognomina- ... *Petrus.* Sed, uti dixi, de hoc alibi plura.

Mutatio nominis non infert primatū.

Posterius quod concernit, suam produnt inscitiam omnes ii, qui Cephan ἀπὸ τῆς κεφαλῆς derivant, & vocabulum origine græcum esse ... umant. Ita sentit *Anacletus* Pontifex epist. 3. quæ tamen non Ana- cleti, sed potiùs indocti alicujus monachi est. Cephan n. expressè inter- pretatur caput & principium. Sequi eum videtur *Isidorus* lib. 7. orig. c. ... ita scribens. *Cephas dictus est eò, quòd in capite sit constitutus Apostolo- rum. Κεφαλὴ enim græcè caput dicitur.* Mox tamen addit: *Et ipsum no- men in Petro Syrum est.*

Anacletus Cepham pro Græca dictione habet.

Verùm Syriaca est Atque ita omninò (ese res habet, quòd Cepha ... ca est, non Græca, & significet petram, non caput ... *ronymus* tom. 6. lib. 2. comment. in cap 2. ad Galat... habemus ipsum Evangelistam, qui vocabulum Cephæ ... πέτρον non κεφαλὴ. Non enim ait, ὃ ἑρμηνεύεται κεφαλὴ ... pretatur caput: verum, ὃ ἑρμηνεύεται πέτρος, quod interpr... petra vel lapis, haut obscurè innuens, vocabulum istud non ... esse, sed alterius linguæ. Agnoscit & confirmat hoc *Bellarm*... lib. 1. de Romano Papa cap. 10. *Ubicunq;*, inquit, *in* ... סֶלַע *id est, petra, in Syriaco est Cepha: quin etiam* ... *xum seu rupem significat. Ubi enim Jerem. 4. v. 29. legimus, A...* *rupes, in Hebræo est* עָלוּ בַּכֵּפִים. Idem fatetur *Barradius* ... Conc. Evang. lib. 6. cap 14. p. 399. cum ait, *Christum non ...* *sive Syro Simonem appellâsse: est autem nomen* ... Nec ... *Baronius* Tom. 1. Annalium, col. 121. edit. Mogunt. 160... inquit, *latinè interpretatum, idem quod petra significat.*

Quæ omnia licèt ita se habeant, non tamen veretur Bellarm... simul approbare Græcam istam expositionem. *Græcè*, ait, ... *significat caput, ut l. 2. contra Parmenianum annotavit Optatus.* Q... tem quæso Græcè significabit caput, cùm nullo modo sit vocab... Græcum? Non secus ac si quis absurdè diceret, vocem La... quid significare Germanicè. Optatum quod spectat, A... Hebraicè, nec Græcè doctus, ideoque ejus authoritas parum ... let. Adde quòd tantùm alluserit, neque dixerit, Cephan G... ficare caput, uti nugatur Bellarminus, sed verba sic habe... *Apostolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus est.* Ub... Optatus existimasset, Cepham esse idem, quod caput, non ... loquitur, ut Bellarminus ipsi affingit: *Cephas Græcè signi...*

Turrianus lib. 2. cap. 3. pro epist. Pontif. interpretatio... conatur defendere similibus exemplis, ut quòd *Nazianzenus* voc... Hebræam Pascha videtur deducere ἀπὸ τοῦ πάσχειν, & *Epipha...* ἀπὸ τῆς ἰάσεως. Quod ipsum urget *Baronius* tom 1 pag. 121. ... cludit his verbis: *Appositè quod apud Syros petram ...* *Cepha, apud Græcos caput significat: ac sic divina quadam ...* *factum videtur, ut unâ eademq; voce, duabus linguis, Petri pr...* *primeretur.*

Resp. 1. Quod attinet expositiones *Nazianzeni & Epi...*

[illegible] vel [illegible] derunt eas pro Etymologiis veris, (hoc enim si fecil-[illegible] erratient, nec in eo imitandi forent) sed potius allusivis, [illegible] dam literarum cognationem & similitudinem. Nunquam [illegible] tuerunt, vel Paschatis vel Jesu vocabulum origine Græcum [illegible] d tantùm allusione quadam usi sunt. Fictitius autem *Anacletus*, [illegible] lle Asinus, Cepham seriò arbitratur esse vocem Græcam, & in-[illegible] tur caput, id quod ex nullo unquam Lexico demonstrabitur.

2 Principium perit Baronius, dum censet Cephæ nomen partim [illegible] acum, partim Græcum esse. Tantùm enim Syrum est, & in nullo [illegible] vel Authore vel Lexico reperiri potest.

Sic igitur certum manet atq; indubitatum, quòd Christus, cum [illegible] m appellavit Cepham, vel Petrum, non constituerit ipsum ca-[illegible] & Monarcham totius Ecclesiæ, sed tantùm hoc titulo indicârit, [illegible] um instar rupis in fide firmum, & apertum genuinæ & cœlestis [illegible] quæ solus Christus est, confessorem.

QUÆSTIO VI.

Ἀντίχριστος quam significationem habeat?

Antichristus idem quod Christi vicarius.

Non sequitur: *Quædam præparatoria sunt in nostra potestate*, ... *contritio salutaris*. Alias & fides foret actus noster sponta... dem auditus verbi, lectio & meditatio ejus sunt in potestate ... *aliud* proinde est mediorum usurpatio, & *aliud* ipsius effectus ... *Prius* in nostris viribus est positum, sed non *posterius*. Adhi... rejicere possumus Dei media, non autem nos ipsi, sed Spiritus ... tantum per illa in nobis operatur, & spirituales effectus ge...

Disting. inter usurpationem mediorum & effectus productionem.

QUÆSTIO VI.

An unum unitantùm opp... natur?

Ad To 1. contr. 3. l. 3. de Rom. Pontif.

Ad hoc πρόβλημα ad cōtroversiam de Antichristo, quem Papi... censent unam fore & singularem personam. Probant inter ... ex oppositione, ita concludentes: *Christo Antichristus opponi... ... Christus persona fuit una, sic & Antichristus erit.* Argumento ... *Bellarminus* l. 3. de R. Pontif. c. 2. col. 850. A. in explicatione ... Joh. 5. v. 43. *Ego veni in nomine Patris mei, & nō recepistis me: si alius ... in nomine suo, illum accipietis.* Hic, inquit, *Dominus opponit sibi ... hominem, hoc est, personæ personam. Sicut ergò Christus unus*

Argumentum Papale, quòd Antichristus sit persona una.

& singularis homo fuit ; ita & Antichristus [illegible]
erit.

Responsio. Respondemus autem, ratiunculam hanc vix [illegible] di. Quòd Christo Antichristus opponatur [illegible] loco *Johan.5.* nil addo in specie,quem indefinitè int[illegible] alibi probatur,) haut inviti concedimus: Quòd ve[illegible] tione ad unitatem personæ licet colligere. ἀποτέμ[illegible] Rationem damus istam,quia *uni non unummodo,sed* [illegible] *sunt.*

Uni multa opponi possunt. Probatur aliquot exemplis. Quam thesin si Romanenses improbent,seque[illegible] plis stabilimus.

Virtus quævis una est, non tamen unum duntaxat vi[illegible] ti oppositum,sed inter duo semper extrema versatur[illegible] sopho, *lib.2.Eth.c.8.*

Una est fides,una veritas, & nihilominus innumeræ[illegible] adversantur.

DEUS Diabolo opponitur, & DEUS quidem u[illegible] tamen ob id unus tantum est Diabolus, sed innumerabiles[illegible] giones.

Johan.10. Christus de se uno,ut vero pastore ovium,[illegible] seque omnium verorum ministrorum quasi typum que[illegible] opponit verò sibi τὸν ἀλλότριον,alienum,*vers.5* τὸν κλέπτ[illegible] τὸν μισθωτὸν mercenarium, *vers.13.* Num verò his nomi[illegible] tùm persona Christo opposita denotatur? Neutiquam, sed p[illegible] & mercenarium omnes falsi pastores, quotcunque & ub[illegible] rint,intelliguntur.

Et quid multis opus? Christo uni non tantùm A[illegible] magnus opponitur, sed Antichristi etiam parvi, quorum[illegible] *1.Joh.2.v.18.* Si igitur uni Christo multi Antichristi contra[illegible] que à nuda oppositione ad unitatem oppositi,adeoque ad sing[illegible] tem personæ non licebit argumentari.

Exemplis istis adjungimus expressam Philosophi sente[illegible] quæ extat *lib.2.Top.3.* Et *lib.8.phys.7.§ 62.* τὸ αὐτὸ πλείοσιν ἐστὶ[illegible] *idem pluribus est contrarium.* Non igitur omnis oppositio vert[illegible] ter unum & unum.

Sed objici potest locus alius ex *lib.jam Met.4.&5.ex lib.1 d*[illegible] §.10.ubi hæc verba: φανερὸν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἑνὶ πλείω ἐναντ[illegible]

...*d non contingit, uni plura contraria vel opposita esse.* Textuum *simplicib.* ...ur inprimis conciliationes afferuntur.

I. Quidam distinguunt inter *materiale oppositionis*, quod potest ...iplex & *formale*, quod tantùm unum est, certumque opposi... modum significat. Quia enim quædam contrariè, alia contra... opponuntur, hinc dicit Philosophus, uni unum opponi, ni... eadem oppositione, ut sit sensus, ex ea. *Uni contrario opponitur* ... Quod illud? Non contradictorium, non privativum, sed *itidem* ... *in genere*, quod tamen in se & in specie potest esse multi... Sic uni veritati opponitur unum, nempe per contrarietatem, & ...tas, quæ una est ratione generis & formalis, quatenus omnis ...atur veritati; varia esse potest, ratione speciei, & quatenus in ...nsideratur. Hinc non inscitè alii: *Oppositio cùm sit in genere, unum ...rium opponitur generico, quamvis speciebus pluribus haut inconve... attribuatur.* Breviſſimè: *Unum uni opponitur, sed nonnunquam ...* ut innuit Scal. *Ex.307.sec.3. Uni* nempè, secundum genera... oppositionis modum; *multiplici*, secundum varias species sub u... generali contentas. Ita uni virtuti unum opponitur. Quod istud? ...in genere vitium, quod communi nomine non virtutem dixeris. ...plum verò genus unum, uni virtuti oppositum, diversas habet species, quarum respectu rectè dicitur, uni multa opponi.

Quomodo uni duntaxat unum, & simul multa opponantur.

II. Alii distinguunt inter contraria *extrema*, quæ dicunt perfe..., & inter *media*, quæ nuncupant imperfecta. Canonem ergò sic li...ant, quòd *in contrariis extremis unum duntaxat uni opponatur, licèt ...raria media possint multiplicia.* Sic nigredo tanquam extremus co...ribus quidem intermediis, uni tamen extremo, albedini nem... opponitur. Eòdem collimare videtur limitatio Francisci Suarez ... *sect.45. sect.12.* qui restringit ad contraria *adæquata*, universam ...iam oppositam possidentia. De his enim perfectis, adæquatis & ...mis contrariis vera est Philosophi regula, *uni non nisi unum oppo...* quod tamen nihil præjudicat aliis oppositis, ubi uni multa op... posse, qui non animadvertit, naris profectò obesioris est, quàm ...curari possit.

Nunc ut ad exemplum nostrum applicemus dicta, Uni Christo *in genere,* opponitur unum, non quidem respectu personæ, sed contrariæ do...inæ & vitæ. Quod illud unum? *Antichristus in genere*, qui unus ...st ob eandem contrarietatis oppositionem, sed multiplex ratione perso-

Uni Christo opponitur unum nimirum Antichristus.

personarum, quæ de illa contrarietate partici[illegible] personæ multi & fermè innumeri hostes insidiari [illegible] salva manet regula, Unum uni opponitur. Sic [illegible] tur omnes hæretici, omnes Antichristi, [illegible] qui licèt multi sint ratione personarum, in contrarietate [illegible] versus Christum conveniunt, adeoque pro uno co[illegible] sumto haberi possunt.

Quibus si nondum acquiescant Papicolæ, [illegible] porrò urgeant, respondemus ἐκ περιουσίας; *[illegible] multi [illegible] successivè, tamen uno tempore non nisi unus præsidet [illegible] mate*. Atque sic uni personæ Christi semper una pers[illegible] terris opponitur. Sed hoc interest inter Christum & Pa[illegible] Christus & una persona & unus homo est: Papa v[illegible] persona, non autem unus homo, quia non Deus est, neq[illegible] lis, ut Christus, sed uno mortuo succedit alius. Sic [illegible] fex Christi olim typus fuit; persona personæ: non [illegible] ro Pontifex. Ut igitur multi Sacerdotes summi [illegible] præsentabant: Sic multi Papæ uni Christo oppon[illegible] ipso oppositi sunt. Neque enim multis opus est v[illegible] præstò sunt rerum testimonia. Impudentissimi d[illegible] gare quibusdam ratiunculis, quod experientia testatur [illegible] emplis. At verò Pontifices Romanos Christo contrarias [illegible] ctrinam, vitam, modumq; regiminis, tam clarum est, ut [illegible] sudum, & Sol in meridie: ideoq; hoc misso ad alia proper[illegible]

QUÆSTIO VII.

Num causa prior sit suo effectu?

Ad T.4. l. 1. de justificatione.

Duplicia fidei objecta.

VT duæ fidei sunt partes primariæ, assensus & fiducia: [illegible] dem sunt objecta, cuilibet parti competentia.

Ratione *assensus*, objectum fidei est πᾶσα γραφή: & [illegible] in Scripturis revelatum continetur, uno verbo, veritas d[illegible].

Ratione *fiduciæ*, assignant fidei objectum duplex, [illegible] quod sunt omnes promissiones Dei, sive concernant bona [illegible] sive spiritualia, & vel gratiam polliceantur, vel glo[ri]am. 2. [illegible] quod est meritum Christi, & singularis Dei gratia, quâ o[illegible] tes justificaturum se promisit. Et hoc est illud objectum, [illegible] primariò apprehendit, & ratione cujus justificat.

Hanc autem fidem specialis misericordiæ ceu pestem ex[illegible] [illegible]

..., variisque argumentis impugnare conantur. Disputat de ... prolixè lib. 1. justif. cap. 8. 9. 10. & 11. Inter cætera ... argumentum *col. 959.* A. B. canoni Logico, *quod causa prior* ... perstructum. Verba sic habent: *Fides justificans præcedere justificationem. Fides autem specialis misericordiæ sequitur justificationem. Igitur fides specialis misericordiæ non est fides justificans.* ... rem probat, *quia causa prior est effectu.* Fides autem dicitur ... justificationis.

simplicib. Argumentum Papisticum contra fidem specialis misericordiæ.

Minorem, *quia* nisi præcedat justificatio, vel peccatorum remissionem istam apprehendere nequit.

Nos autem ad objectionem hanc, quæ primâ fronte speciem habet, ... respondemus.

1. ... Duplex de causa canon reperitur apud Philosophum ... πρότερον, ἢ αἴτιον, 1. post. 2. *Causa prior est illo, cujus causa.* 2. ... ἅμα αἴτιον. 2. Rhetor. 22. *Causa est simul cum suo effectu.* ... odo autem hæc φαινομένη ἀντίφασις curabitur? Emplastro ge... distinctionis.

Duplex prioritas Naturæ, Temporis.

1. Prioritas alia *naturæ* est, alia *temporis*. *Natura* prior est ... effectu, sed simul est *tempore*, præsertim cùm consideratur ... Sic forma φύσει prior est suis propriis, sed non χρόνῳ. For... enim perpetuò commitantur & insequuntur. Hoc ipsum ad ... applicari potest. Si enim maximè dicatur, quòd ut causa instrumentalis justificationem præcedat ordine naturæ, non tamen præcedit tempore. Neque enim prius credimus, & demum post aliquod temporis intervallum justificamur, sed sunt hæc conjunctissima, ita quidem, ut illo ipso, quo credimus, momento simul justificamur.

Causa & effectus considerantur tum materialiter, tum formaliter.

2. Causa & effectus considerantur vel *Materialiter*, & ratione ... absoluti, prout sunt entia, si modò natura istorum admittit ali... absolutum: vel *formaliter*, & ratione esse relati, prout alterum causa, alterum effectus est. Quoad esse absolutum, causa φύσει prior est effectu, sed non quoad esse relatum. Hinc enim valet iste canon ex cap. 7 *Categ.* τὰ πρός τι ἅμα τῇ φύσει, *Relata sunt simul natura.*

Applica hoc ad argumentum Bellarmini, & robur omne con... Nam fides justificans & remissio peccatorum sunt relata, cùm ... apprehendat, hæc apprehendatur. Unde colligimus, fidem nec præcedere, nec sequi justificationem, sed naturâ simul esse, si in relatione

tione ista considerentur. Nec enim actuali pec[illegible]
tura præcedit, ut apprehendatur à fide: nec fides [illegible]
que peccatorum remissione, sed simul sunt, se inv[illegible]
sunt, adeò ut qui credit in Christum, illi pecca[illegible]
tur; & cui peccata remittunrur, ille ipse habeat fidem ju[illegible]
Nulla enim absque fide fieri potest justificatio: q[illegible]
cationem sequeretur? de quo jam plura in altero [illegible]
bro.

Fides & remissio peccatorum sunt simul.

II. Theologice. Procedit argumentum ex hypothe[illegible]
non posset remitti peccatum, & aliquis justificari, [illegible]
missionem peccatorum naturâ præcedere fidem. [illegible] verò [illegible]
modò, fidem & remissionem relata esse, adeoque [illegible]
non opus est, ut prius fiat remissio, quò postea per fidem appr[illegible]
tur: sed utrumque simul est, & simul contingit. Nam [illegible]
Christum accipimus remissionem peccatorum, *Actor. 10* [illegible]
ipsa ad justitiam nobis mox imputatur, *Roman. 4. v. 5* [illegible]
Peccatorum remissione consistit, *v. 7.* Atque sic fide[illegible]
spicit non ut præteritam & jam factam, sed ut promi[illegible]am, ea[illegible]
apprehendendo facit suam. Ipsa quidem promissio prior e[illegible]
num autem promissum non prius contingit, sed per fidem [illegible]
In aliis donationibus donum prius existit, antequam acc[illegible]
quoad remissionem peccatorum alia est ratio. Illa quidem p[illegible]
missa est, sed non prius existit, antequam credatur atque [illegible]
accipitur, tum ponitur, adeoq; accipiendo datur, & dando a[illegible]

Distinguendum inter promissionem oblatam & receptam.

Accuratè igitur hîc distinguendum est inter promissi[illegible]
tam & receptam. Promissio de peccatorum remissione, in E[illegible]
oblata est objectum fidei, & hoc respectu prior fide [illegible] sed e[illegible]
missio firma fide recepta, actu confert peccatorum remissi[illegible]
sensu simul sunt fides justificans & peccatorum remiss[illegible]

Objectum fidei aliud in quod; aliud, quod credimus.

Fortassis & ista distinctio non incommodè hîc appl[illegible]
quòd *aliud* sit, in quod credimus, & *aliud*, quod credimus. O[illegible]
in quod *credimus*, Christus est cum suo merito. Et hoc [illegible]
fide apprehenditur, & propter istud apprehensum justifi[illegible]
apparet, objectum fidei justificantis prius quidem esse τῇ πί[illegible]
men ipsam justificationem. Objectum verò, *quod* credimus, [illegible]
mnia beneficia spiritualia; quò spectat & ipsa justificatio, seu p[illegible]
torum remissio. Illa verò ut præcedant fidem justificanté, opus no[illegible]

... apprehenditur Chriſti meritum, & mox ponuntur iſta be... quæ tamen ſimiliter creduntur & applicantur.

... diſtinguimus inter fidem *per quem juſtificamur*: & fidem, ...*ficationem ſeu remiſsionem peccatorum credimus*. Fide, per ... *ficamur*, objectum non eſt ipſa juſtificatio, ideoq; hæc non ... ſed meritum Chriſti, quod utrique τῇ φύσει prius. Fidei ve... credimus juſtificationem ſeu ἄφεσιν, objectum eſt ipſa juſtifi... ...am fidem, præcedere concedimus, ſed eam intelligimus fidem, ... juſtos eſſe credimus, non per quam primùm juſtificamur. Eſt ... fides quaſi reflexa, quâ credimus, nos crediſſe & juſtifica... ideoq; hujus reflexæ fidei reſpectu, δικαίωσιν eſſe priorem non ...mur. Nam velut in intellectione rectâ objectum intelligibile ... ipſam intellectionem: cùm verò intellectus reflectitur, ibi ... intellectio fit objectum intelligendi, dum intelligo me rem intel... Ita quando fides juſtificat, tum objectum ejus nullum eſt ali... Chriſti juſtitia, quæ prior noſtrâ fide, & propter quam ap... ...nſam juſtificamur: Cùm autem fides hanc ipſam juſtificationem ...prehendit, adeoque quaſi regreditur, & homo credit ſe credere, ... fide juſtificatum eſſe, tum utique ipſa juſtificatio vel remisſio ... objectum fidei, & hoc reſpectu præcedere rectè dicitur.

Geminus fidei reſpectus.

Quia igitur diſtincta iſta Bellarminus confundit, hinc lectori ... glaucoma objicit: ſed facilè fucus apparet, ſi diſtinctio poſita at...datur. Cùm ait, *Fides juſtificans præcedere debet juſtificationem*, ... cedi hoc fortè poterit. Primus enim actus eſt meriti Chriſti ap...prehenſio, quam ordine (dico ordine, non tempore, cùm hoc reſpe... iſta omnia ſint ſimul) ſequitur imputatio & remisſio. Cùm verò ... *Fides quâ credimus peccata remiſſa, ſequitur juſtificationem*, & hoc ...gimur. Niſi enim peccata remiſſa ſint, credere haud poſſumus, re... elſe. Quo pacto concedi poſſet totum argumentum, nempè fi...dem juſtificantem, quâ credimus in Chriſtum, non eſſe fidem quâ ...mus factam peccatorum remiſsionem.

Ut igitur concludam, ἄφεσις ἁμαρτιῶν dupliciter conſideratur, ... Ut *fit*. 2. Ut *facta eſt* Reſpectu *primo*, ſimul eſt cum fide juſtificante, ... ſunt relata. Reſpectu *ſecundo*, ſequitur fidem juſtificantem, ſed ...ecedit fidem eam, quâ credimus illam factam eſſe. Non autem lo...mur de *priori*, Bellarminus concludit de *poſteriori*; quod ſi fecit ...noranter, prodidit ſuam imperitiam; ſi ſcienter, malitiam & impu...dentiam.

Remiſſio peccatorũ conſideratur vel ut fit, vel ut facta eſt.

Quæ-

A. I. 4. Contr. 2. l. 5. de Peccato,

QUÆSTIO VIII.

Num causâ sublatâ cesset e[illegible]

SIc hactenus in Lyceo unanimi consen[illegible]u di[illegible] ubi nihil frequentius hoc axiomate: *Posita* [illegible] *& sublatâ tollitur.* Hine nostri adversus pe[illegible] cati ori[illegible] nem à Papicolis assertam, tale argumentum u[illegible] *ginale peccatum in Baptismo, tollerentur quoq. fru*[illegible] *qui sunt concupiscentia carnis, & contra Spiritu*[illegible]

Occasio quæstionis

Quam indubitatam rationem nostram, [illegible] tet Jesuwita *Heissius*, in volumine acatholico D[illegible] art. 1. p. 29. *O pepones!* exclamat. *Quid notius, quam c*[illegible] *causam stante fructu seu effectu? Comburatur arbor, ar*[illegible] *ex ea collecta poma? Percussionis effectus est inflictum vul*[illegible] *vulnus, licèt percussio non sit amplius.*

Sed ô frigidam Jesuwitæ Calidi exceptione[illegible] aut fateatur, si dissimulat, tum causæ, tum eff[illegible] di[illegible]

Causa vel externa est vel interna.

1. Aliud est causa *externa*, quæ foris opera[illegible] cto à se distinctam: aliud causa *interna*, quæ effectu[illegible] si operatur, & cum illo idem subjectum agnosc[illegible]. Subla[illegible] nâ, non statim tollitur ipse effectus quoad exi[illegible] ista relatio: semotâ verò causâ internâ, effectus semper [illegible] definente formâ, desinunt omnes proprietates ab illa pro[illegible] auferatur facultas ridendi, nullus in homine risus sequetur. S[illegible] habitibus & facultatibus, silent penitus earum operatio[illegible] secundi. Cùm igitur peccatum originis causa sit non exte[illegible] terna, & instar δυνάμεως vel potius ἀδυναμίας, utique sub[illegible] mnes unà actus ab ipso alioqui fluentes protinus cessabunt. [illegible] privatus principio & facultate ridendi, nunquam ridei[illegible] tus malo originali, quod est peccandi facultas seu princ[illegible] quam peccabit.

Sublatâ internâ tollitur effectus.

Disting. inter effectum productum & producendum.

2. Aliud est effectus *productus*, aliud *producendus*. [illegible] productum, remanere potest ille quoad suam ὕπαρξιν [illegible] Sic filius non statim emoritur, cùm Pater in vivis esse d[illegible] nent poma, combustâ arbore; vulnus, cessante percussione. [illegible] alia longè ratio est effectus *producendi.* Hic utique subl[illegible] cum non inveniet, quia nihil habet à quo efficiatur. Sic [illegible] nulli ab ipso nascentur filii novi. Arbor combusta non amplius [illegible]

De notis simplicib.

...Percussione finitâ, novum vulnus non infligetur. Atque sic u... r verum est, Sublatâ causâ effectus tollitur, hoc est, *nullus insequitur.*

...p..ca hoc ad peccatum originis, & videbis argumenti nostri ...n invictum. Peccata quidem ante originalis sublationem facta, ...u. infecta. Attamen post sublationem nova unde peccata ori... ? Q omodo id, quod non est, novos fœtus & vitiosos motus ex... . Atque hoc est, quod nos inprimis urgemus: Si malum originis ...imo penitus aufertur, utique nulla peccata nova, quæ effectus ...r g nalis, committentur amplius, cùm sublato parente, nulla so... ...ova oriri queat; aut si oriatur, istius certè parentis soboles non ...e.

Quæro igitur, *Peccata, post Baptismum commissa, num effectus ...alis contagii?* Si negant, Apostolo & sibi ipsis contradicent: ...ant, mox sequitur absurdum istud, Causam sublatam seu ...a novos fœtus progignere, hoc est, à non ente Ens posse prove...e.

Similitudines Heissii nullæ sint.

Unde porrò apparet, quàm *alienæ sint similitudines Heissianæ.* Ma... et pomum antè productum, combustâ arbore; sed novum produce... unquã. Manet vulnus cessante percussione, sed novũ non inflige... ...i corpus de novo percutiatur. Sic peccata commissa durant uti... ..., sed nova non committentur, si radix evulsa, & labes originalis ...rsus sit diruta. Ita videmus quâm *ἀτόπως καὶ ἀσκόπως* concludat H...ius ab effectus producti duratione, ad effectus novi productio... ...causâ penitus sublata. Veriùs exclamare possumus: *O peponem, ...utatorem frigidum, nomine duntaxat calidum!* Mons parturit, ...s nascitur: argumentum nostrum ridet, non solvit: canis latrans est, non mordens. Inconvulsa stat ratio nostra, quam nullâ unquam in... ...r. ...â labefactabunt, & cujus vim sine absurditate nunquam effugi... ...apicolæ. Nam eò adigemus ipsos, ut *vel* inficientur omne pecca... ...actuale; *vel* fateantur, contagium originale in renatis esse reli... qu...m; *vel* inauditâ absurditate concedant, entis causam esse non ens, patrem mortuum gignere, & quod sublatum, adeoque nihil est, effica... citer tamen operari.

QUÆSTIO IX.

Ad T. 4. l. 3. de Justificatione

An idem ad diversa causarum genera referri possit?

EXagitant Romanenses doctrinam nostram, quando Christi meri-

tum justificationis, fidem verò operum ... malem causam appellamus. Signum hoc esse ... & incertæ mentis, imò fieri non posse, ut res una uni... mul sit tum causa externa, nimirum efficiens, tum causa ... pè formalis, uti *Bellarminus* existimat *l. 2. de justificatio*... 1075. A. Quod si ergò meritum Christi causa efficiens ... nis, & fides operum, utique forma non erit. Et si fides ... cationis, non erit instrumentum, & vicissim.

Res una potest esse in multis causarum generibus. Sed vacillat argumenti consequentia, eò *quod ... causarum generibus locum possit invenire, sed diver...* sophus *l. 2. Phys. c. 7. §. 70.* ait: ἔρχεται τὰ τρία ... *Venire sæpè in unum tria causarum genera.* Declaremus hoc ... exemplis.

Quod probatur aliquot exemplis. Ut efficiens, sic & finis causa externa est. Et nihilo... idemque tum forma tum finis esse potest. *Eadem plurim... & finis*, inquit subtilitatum Magister *Ex. 27. 177. sect. ...* addimus, *& efficiens & materia.* Una anima & forma ... & finis generantis, & efficiens suarum facultatum, & materia ... jectum earundem. Ab anima enim, ut efficiente, pro... nam, ut subjectum recipiens, resiliunt omnes ἐνέργειαι naturales.

Porrò ut forma causa interna est, sic materia; Et ni... num idemque tum efficiens tum materia esse potest. Christus ... dos est & sacrificium pro peccatis mundi, unde *August.* tom. 3. ... ad Petrum c. 2. col. 217. *Idem Christus, sacerdos, per quem sumus ... liati: sacrificium, quo reconciliati: Templū, in quo reconciliati ... reconciliati.* Sic idem Servator Cœnæ est causa efficiens, & ... rialis, quoad corpus suum sub pane, & sanguinem sub vino d... endum. Idem est & objectum & causa efficiens precum nostr... quod utrumque conjungit *August.* tom. 8. in Psal. 85. col. 937. ... bit: *Orat pro nobis, ut Sacerdos noster: orat in nobis, ut caput no... ratur à nobis, ut Deus noster.* Sic in æterna beatitudine non ... tur ab efficiente materia; à convivii structore, convivium; à ... hibitore, præmium. Erit enim utrumque Deus noster glori... nedictus in secula. Hinc exclamat *Augustinus* tom. 9. in sol... animæ cap. 36. col. 790. *Ut magnus es Tu, ita magna merces tua, qu... non aliud es Tu, & aliud merces tua. Sed tu ipse magnus nimis, ... merces magna nimis: Tu ipse coronator es, & corona: Tu ipse prom...*

De notio. simplicib.

... Tu remunerator & munus: Tu præmiator & præmium ... ... His igitur aliisque exemplis similibus demonstratur ... rem unam & eandem diversos causandi modos sortiri, ad... in variis causarum generibus locari posse. Quibus ita præsup... nunc in specie quædam addemus, partim de Christi merito, ... de fide, ut ostendatur, quales causæ sint, & quo sensu quóve re... diversas induant causarum appellationes.

I.

De Merito Christi.

Thomas de Aquino dixit, *Christum esse causam justificationis no... ministerium, & instrumentaliter tantùm operari salutem huma...* Quod respexit *Bellarminus* lib 1. de Justific. cap.2.col.935 B. scri... *causam instrumentariam conjunctam esse Christum ratione assum... naturæ.*

Opiniones Pontificiorum.

Cautior fuit *Bonaventura*, qui apertè inquit: *Passioni Christi pro... non potest tribui causalitas Justificationis. Ad nullum enim genus ...rum pertinet. Habet tamen aliquam proprietatem causæ per mo... meriti intervenientis, quod habet rationem dispositionis, & reduci... ad causam materialem.*

Recentiores Christum quidem causam vocant efficientem per... meriti, sed falsò & vitiosè hoc exponunt. Sic enim intelligunt; ... Christus passione suâ promeruerit, ut novæ nobis infundantur ... qualitates, quibus formaliter justi reddamur; vel quòd solum Christi ...rum nobis comparaverit primam gratiam, & ante remissionem pe... catorum nullius hominis opus sit meritorium, uti explicat *Coste...* ...chir. m. p. 260.

Hisce verò omnibus meritò se opponunt Orthodoxi, cum qui... & nos statuimus, *Christum minus rectè ab efficientia justificationis ..., & falsò instrumentalem duntaxat causam appellari.* Scriptura quidem Christum vocat servum & ministrum *Matth. 20. v. 28. Hebr. 5.* ... & in specie ministrum circumcisionis vel circumcisorum, *Rom. 15. v. 8.* Hoc autem ministerium non tollit propriam salutis efficienti... Christus enim ministrando & nobis inserviendo salutem verè ...eratus est: unde patet, quòd per illud ministerium non modus cau... ...di, sed finis incarnationis denotetur. Venit enim CHRISTUS ad ministrandum nobis, hoc est, ad salutem perditam iterum repa...randam.

Christi meritum rectè vocatur efficiens causa justificationis nostræ.

Neque nobis officit, quòd *Patres humanitatem* [illegible] *mentum divinitatis dixerunt*. Non enim quærim[us] [illegible] Christi, ad divinitatem collata, sed de toto Christo ra[illegible] tionis, an verè statuatur, Christum nil nisi instrument[um] [illegible] sam ministerialem nostræ justitiæ, non verò propriè effici[entem] [illegible] à Patribus affirmatum non est; Et si affirmaretur, fort[è] [illegible] falsissimum. Christus enim est author vitæ, est Christian[orum] [illegible] nus, est Jehovah justitia nostra: Quî ergo justificationis [illegible] instrumentum? Ipse carnem suam dedit pro mundi vita, *Joh.* [illegible] Ejus sanguis effusus est in remissionem peccatorum, *Mat.* [illegible] emundat nos ab omni peccato, *1. Joh. 1. v. 7.* Nec ullum e[st] [illegible] aliud, in quo Deo placere & salvi possimus, *Act. 4. v. 12.* Quæ o[mnia] luculentum testimonium præbent, Christum justificatio[nis] [illegible] tem esse propriè dictam.

Theologi meritum Christi ad varias causas retulerunt.

Diffiteri autem non possumus, à Theologis divers[os] [illegible] modos loquendi.

Sunt qui patrem dicunt causam *imperantem*. Fi[lium] *exequentem*, quia Pater mittit, Filius mittitur.

Verùm hoc pacto discrimen quidem personarum & [illegible] num innuitur, sed non ipse causandi modus exprimitur.

Quidam Christum *impellentem* potius causam no[minant] [illegible] efficientem. Pater enim per intuitum meriti impellitur, u[t] [illegible] tiam recipiat & justificet. *At* non censemus hæc esse co[illegible]

Christus impellens & efficiens causa est.

trumque de Christo affirmari queat. Nam consideratur du[pliciter] 1. *In respectu ad Patrem*, quem suo merito movet ad justi[illegible] Et hoc sensu causa impellens rectè dicitur. 2. *In relatione ad ju[stitiam]* quam acquisivit, nobisque applicat: & hoc respectu caus[a] [illegible] nuncupari tum potest, tum debet. Qui enim justitiam rep[aravit] & reparatam efficaciter confert, cur non justitiæ causa effic[iens] [illegible] tur? Distinguimus verò inter causam justificationis *gen[eralem]* communem, & *specialem* vel propriam. *Illa* est gratia Dei, *hæc* o[bedi]entia Christi, quippe qui passione suâ expiavit peccata nostra, & [re]ram justitiam reparavit.

Causa justificationis est vel generalis vel specialis.

Christus justificationem causat.

Quæ omnia ut rectiùs intelligantur, & breviùs propon[antur], notandum est, Christum *tripliciter* justificationis nostræ causa[m] [illegible] & nuncupari posse.

1. *Merito*, quia gratiam Patris promeruit, illi nos vicissi[m] [illegible]

… avit & peccata quævis abstulit, juxta dicta *Rom. 4. v. ult. 1. Cor.* *simplicib.*

2. *Efficacia.* Non enim ob id præstitum est Christi meritum, ut … l aliorum pro nobis satisfactiones fiant meritoriæ, siquidem … entia ejus sola est & sufficiens expiatio pro peccatis nostris, *1. Job 1. 7. 1. Job. 2. v. 2. 1. Pet. 1. v. 19.* nullo egens additamento vel appen… strorum operum, quæ propterea è negotio salutis prorsus ex… duntur. *Rom. 3. 4. 11. Gal. 3. Eph. 2.* *2. Efficacia*

3. *Applicatione.* Christus enim non modò justitiam acquisivit, … per acquisitam applicat, ut nullâ re aliâ simus justi, quàm solâ … obedientiâ nobis imputatâ. Hinc dicitur justitia nostra, *Jerem. 23.* … n quo sunt nostræ justitiæ, *Esa. 45. v. 24.* factus à Deo justitia, *Corinth. 1. v. 30.* ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. *2. Cor. 5. v. ult.* *3. Applicatione.*

Ex triplici hoc respectu *triplex* causandi modus profluit, ideoq; … s rectè indigitari potest, 1. *Causa impellens*, ob meritum, quo … tur Pater. 2. *Causa efficiens*, ob efficaciam, quâ justitia est acqui… *Causa formalis*, ob applicationem, quatenus meritum ipse su… nobis applicat, quæ meriti applicatio & imputatio causa forma… est. Nam propter Christi meritum fide apprehensum, nobisque imputatum formaliter justi sumus coram Deo, ut ita nullum sit ab… rdum, Christum ejq; meritũ ad diversa causarum genera revocare.

Declarari hoc potest similitudine quadam, *à solutione alieni de…* petita. Quatenus ea respectu solventis, non debitoris æstimatur, causa efficiens est, ob quam debitor absolvitur, & conveniri nequit: quatenus verò solutio ista aliena debitori, ac si esset propria, imputa… hoc sensu causa formalis est, quæ ipsum τὸ εἶναι largitur justifica… ni & absolutioni forensi.

II.

De fide.

Fides consideratur ratione. 1. *Justificationis*. 2. *Operum*. Utroque respectu geminum causandi modum induit.

I. Quod *Justificationem* spectat, secundum quosdam non instru… mentalis modò, sed formalis etiam causæ rationem habe…, sed καθ' ἄλ… καὶ ἄλλον ἀπολήψεως τρόπον. Qui paucis exponatur, dicunt, fidem … *instrumentum*, quatenus CHRISTUM apprehendit, sed *formam*, ob … um Christum apprehensum, non secus atque manus accipiens gem… … dicare dicitur tum instrumentaliter, ob acceptionem; tum for… maliter, ob gemmam acceptam. *Fides justificationis instrumentum & forma est.*

 II. Quod

II. Quod *opera* concernit, eorum fides tum ... nuncupatur, sed de utroque dubitatur.

An fides sit causa operum efficiens? Argumenta pro negativa.

1. Quòd *non sit causa operum efficiens*, his arg... potest. 1. Oppositum non est causa oppositi. Fides au... opposita, cùm illa in relationis, hæc actionis præd... que enim fides causa operum est, ut ipsa opus vel ... relatio & fides justificans est. 2. Si Spiritus sanctus & ... ta sunt proxima benè agendi principia, tum ... sa operum efficiens. Atqui prius illud verum est, ut ... fatentur Theologi. Ergo & posterius. 3. Fides ... vel per emanationem, vel per transmutationem. N... forma operum. Nulla verò accidentis forma ... dem. Non *hoc*, quia fides non est agens quoddam ph... principium est omnium operum, & sui ipsius princip... nus nempè ut opus consideratur. Quòd si alia datur eff... ter ipsam, cur non & illa posset efficiens esse ... Omnia enim conveniunt specie, & propterea causas ha... non diversas.

Pro adfirmativa.

In *contrarium* verò est istud Apostoli Gal 5. v. 6 ... *tatem operatur*, vel *efficax est*, unde communiter solem... bona opera ex fide, vel à fide oriantur.

Decisio.

Pro *conciliatione* notandum, quòd aliquid voce... ci sensu. 1. *Proprio*, ob rei productionem. 2. *Lato*, ob ... & sequelam necessariam. Sic unda dicitur undam trudere, ... calamitas calamitatem parere. Sic virtus appellatur ca... non per se & propriè, sed tantum ob perpetuam concomita...

Et hoc sensu fides dicitur causa bonorum operum. N... prodeunt efficienter ab ipsa fide, sed potius à Spiritu S. & ... renata, tanquam proximis & genuinis principiis. Interio... justificam perpetuò comitantur, adeò quidem ut illa po... ipsa ponantur: hinc fidei effectum quandoque indigitantur ... autem consequens potius sunt, quàm verum causatum, & h... ficantius antecedens, quàm causa operum efficiens nuncup...

Atque hoc ipso sensu dixit Apostolus: *Fides operatur per ... tem*, δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, ut Græcus textus loquitur. N... hîc denotatur ipsa charitatis efficientia, sed tum illa inso... hæsio, tum fidei per charitatem manifestatio. Nam fides pe...

... efficax, nimirum *arguitivè*, siquidem Charitas arguit & ma- *simplicib.*
... dem esse vivam & efficacem.
... Quod nuper fides *non sit forma operum*, duobus in specie argu- *An fides*
... stabiliri potest. 1. Quæ in diversis prædicamentis sunt, non *sit forma*
... sentur forma & formatum. Fides & opera sunt in diversis præ- *operum.*
... catis, illa nimirum in relatione, hæc in actione. Ergo se non *Argumen-*
... ut forma & formatum. 2. Ubi duplex forma statuitur, ibi res *ta duo pro*
... sed gemina, adeoque monstrosa est. Atqui bonorum operum *negativa.*
... duplex statuitur, 1. ἐννομία vel convenientia cum lege. 2. πίστις
... fides justificans. Quare bona opera non erunt res una, sed multi-
... & monstrosa.

Quibus rationibus ut satisfiat, *duo* veniunt observanda.

1. Opera considerari *vel* νομικῶς & secundum legem, quatenus *Opera con-*
... opera in se & quoad actum bona; *vel* εὐαγγελικῶς, sive respectu *siderantur*
... evangelico, prout Deo specialiter placent. Atque hinc geminum es- *vel legali-*
... sortiuntur, alterum *absolutum*, quatenus sunt opera bona; *alte-* *ter vel Ev-*
... respectivum, quatenus sunt opera talia, hoc est, specialiter acce- *angelicè.*
... Quæ cùm ita sint, *duplex* etiam forma bonis operibus non im-
... assignatur: *altera* dat esse absolutum, nempè ἐννομία, propter
quam opera sunt in se bona, sicuti peccata ob ἀνομίαν mala sunt: *alte-*
... dat esse χελικὸν, nimirum πίστις, quæ opera non facit in se, & quoad
... antiam actus bona (hoc enim ab ἐννομίᾳ est) sed tantùm speciale
D... beneplacitum iis conciliat.

2. Forma duplex est, *vel* assistens, *vel* constituens. *Illa* rem gu- *Forma vel*
... nat, *hæc* informat. *Illius* exemplum est nauta in navi, *hujus* anima *assistens*
... homine. Nunc ut ad fidem hoc applicemus, eam operum formam *est velcon-*
... dicimus, non per essentialem constitutionem, (hoc enim sensu ἐννο- *stituens.*
... est forma) sed propter *inseparabilem assistentiam*. Nisi enim fides *Fides est*
... adsit, quæ merito Christi tegat imperfectiones, additas, opera *forma o-*
Deo non placent specialiter, siquidem impossibile est χωρὶς πίστεως *perum, sed*
... ἀρέσαι, *Hebr. 11. v. 6.* Cùm verò adest illa, tum dirigit opera bona, *assistens.*
... propter Christi meritum, quod apprehendit, Deo reddit gratissima,
... sensu forma dicitur, nempè assistens, gubernans, dirigens.

Quibus prænotatis, ad argumenta facillimum est respondere.

Ad 1. Forma constituens, & quæ dat esse absolutum, cum forma-
... est in eodem prædicamento, sed non semper forma assistens, & quæ
... esse modificatum, qualis est fides, uti exemplo aurigæ & currus,
... & navis illustrari potest. *Ad*

Ad 2. Ubi duplex forma constituens [illegible]
non autem cum altera constituens, ut ἐνοῦμ [illegible]
natur, ut πίστις.

Summa dictorum. Sic igitur ostensum hactenus, quomodo fid[illegible] lata in diversis sit causarum generibus. *Breri[illegible]* Ca[illegible] *ciens* est, sensu lato, non proprio, quatenu[illegible] & comitantur opera. At *forma* est, non co[illegible] lutum; sed assistens, dando esse limitatum; quatenu[illegible] accepta fiunt.

Ad Tō. 1. contr 2. l. 3. de Christo.

QUÆSTIO X.

Num attributa causæ principalis conven[illegible] mento?

Idiomata Dei vel sunt operosa vel taciturna. Divina idiomata sic differunt, ut *quædam* [illegible] rosa, *quædam* ἀνέργητα seu taciturna, quor[illegible] ribus se conspicienda præbent, ut Omnipotenti[illegible] verò intra divinitatis essentiam manent, neq; [illegible] grediuntur, ut infinitas, æternitas &c. *Illa* inpri[illegible] γῳ assumente communicata dicimus, ita quid[illegible] tionem capiat, & inde dicatur omnipotens, [illegible] rationes eorum in carne & per carnem λόγ[illegible] [illegible]

Bellarminus negat communicationem idiomatū. Bellarminus hoc impugnat *l. 3. de Christo cap.* [illegible] *iamsi, ait, omnia omninò Deitas per humanitatem ager*[illegible] *mnia in actione consisterent, adhuc non posset dici hum*[illegible] *tens, omnisapiens, omnijusta &c. Nec enim epithet*[illegible] *causæ pr*[illegible] *veniunt instrumento; alioqui cùm quis docte & sapienter* [illegible] *mus doctus & sapiens diceretur.*

Ex hac igitur sententiarum oppositione enata est [illegible] stio, *Num attributa causæ principalis conveniant instrument*[illegible] hoc Bellarminus in universum: nos distinguimus, & quid[illegible]

Quæstio deciditur triplici distinctione. 1. Inter *effectum & effectus modum ac principium.* [illegible] *effectum*, hîc de omni causa instrumentali, non minu[illegible] prædicatur. Et ratio est in promtu, quia instrumentu[illegible] sæ efficientis. Ast huic omni effectus attribuitur. Qual[illegible] foret, si de ipsa dici non posset, quod efficeret? Hoc igitur [illegible] buta causæ principalis semper communia sunt instrume[illegible] quicquid agit causa princeps, hoc agit per instrumentum, i[illegible] fectus idem utriq; competit. Sic quia per manum appr[illegible]

1. Inter effectum & effectus modum.

ribo, hinc & ipſa manus dicitur apprehendere, & calamus ſcribere: ſic quamvis ſolus Deus ſit, qui homines convertit & juſtificat, pariter; nihilominus cùm id non faciat ἀμέσως ſine organis, ſed per miniſtros & diaconos ſuos, *2.Cor.6.v.4.* hinc & ipſi homines convertere, in viam reducere, ad ſalutem gignere, vivos facere, adeò ut hinc univerſalis canon poſſit conſtrui: *Actiones cauſæ principalis, ſi effectus ipſe intelligatur, ſemper convenit inſtrumentis.* Quod autem concernit *modum actionis*, & virtutem, quâ prodit effectus, hæc inſtrumento non ſemper competunt. Nam doctè ſcribas, & prudenter apprehendas, non tamen vel calamus doctus, vel manus prudens indigitatur.

Inter inſtrumenta ἄεργα & σύνεργα. *Illa* ſunt merè paſſiva, quæ prorſus nullam habent ad effectum, niſi παθητικὴν, obedientiam ſcilicet principali agenti, ut calamus ad formandas literas, & malleus ad cudendam ſecurim. *Hæc* autem unà cooperantur, & δυνάμει participant, quâ ſimul ad producendum effectum cum principe concurrunt. Huc ſpectat illa Philoſophi diviſio, ex *lib.1. Pol. cap.4.* ubi diſtinguit inter inſtrumenta ἄψυχα vel *inanimata*, quæ tantum à principali adhibentur, & ἔμψυχα vel *animata*, quæ unà ſe, & ſeipſa movent, quale ὄργανον heri eſt ſervus, qui à Domino regitur, ut ſemetipſum unà ad actus expediundos commo... 2. Inter inſtruméta ἄεργα & σύνεργα.

Quod jam ſpectat inſtrumenta ἄεργα, illis quidem epitheta cauſæ principalis, præcipuè quæ vim agendi concernunt, non conveniunt, ut calamus doctus aut ſapiens non appellatur, ſed quoad σύνεργα ratio eſt longè alia. His enim quia virtus aliqua ſingularis eſt indita, multa habent attributa cum principali communia. Exempli gratia, Deus eſt, qui fœcunditatem terræ primariò cauſat, & fructus ... facit. Habet autem inſtrumentum quoddam, nempè Solem, cui ... vim indidit, ideoque inſtrumentum Dei eſt in a... fœcunditatis, non ἄεργον ſed σύνεργον. Atque hinc fit, ut cùm dicitur Deus potenter & ubiq; terram fœcundare, idem de Sole pronuntietur, cum aliis epithetis eò ſpectantibus. Pari modo ſolus Deus ... & illuminat πρώτως: Verbum verò ejus inſtrumentum eſt, ... ideoq; appellatur verbum vivificans, illuminans, convertens, ... δύναμις ad ſalutem, *Rom.1.v.16.* quia vim illuminandi & ſalvandi divinitus accepit. *Ex his* igitur conſpicuum ſit, multa principalis

lis causæ attributa rectè instrumentis ... tur bui, ...
vel cooperantia, non ἄεργα, seu merè passiva.

3. Inter instrumēta disjūcta & cōjuncta.

3. Inter ὄργανα ἀσυνδύαστα, vel *disjuncta*, & ... *conjuncta* & unita. *Illa* pauciora, *hæc* plura cum causa pri... munia habent attributa. Quia enim ex omni unione ... liqua communicatio, & unitum fortius per alterum u... instrumentum suum operatur, hinc fit, ut & actu... & a... utroque prædicetur.

Corpus generali sensu animæ instrumentum ... per illud functiones suas exercet anima. Num ve... epith... communia? Num sola anima vivens & sentiens vocatur ... sed corpus etiam ipsum non modò vivit & sentit, verùm ... per vivendi & sentiendi præditum, adeoque vivum & ... mè nuncupatur.

Idem patet ex *ferro ignito*. Fit hoc media... ignis, qui in ferro & per ferrum urit, lucet, calefacit ... theta ignis, ut causæ principalis, aliena sunt à ferro ... Tamen ... est, ut ipsum ferrum non modò urere, lucere, calefacere ... etiam, splendidum, calidumq; appelletur.

Ex quo satis apparet, quàm falsa sit universalis ... miniana; *Causæ principalis attributa non conveniunt instrumen...* hoc in quibusdam attributis, & quoad instrumenta ἀ... δύαστα, qualis est calamus scribentis: sed fallit, si accipiatur ... respectu ὀργάνων etiam συνέργων καὶ συνδεδυασμένων.

Humanitas Christi instrumētum in operando dicitur sensu lato.

Jam verò, si consideremus humanitatem Christi, ... tum illa dicitur non nisi sensu *lato & improprio*. Consider... potest vel respectu λόγου, qui per illam operatur; & h... nunquam ejus instrumentum dicitur: vel *respectu salutis* ... miæ mundi, quo pacto naturæ non seorsum sunt aspicie... tenus arctissimè unitæ per unam eandemque virtutem ... γω propriam, carni communicatam operantur, adeoq; cu... cipalem causam constituunt. *Sic* cùm Christus nos vivificat ... vat, non existimemus solum λόγον hoc efficere, & carnem ... strumentum esse: verùm opus hoc utriq; naturæ tanquam u... cursu isto efficienti causæ adscribi debet.

Caro Christi est instrumentū λόγου σύνεργον.

2. Si maximè caro Christi instrumentum dicatur, n... ἄεργον, sed maximè σύνεργον, non ἀσυνδύαστον, sed συν...

... cum λόγῳ copulatum, ob quam unionem sua λόγος du- ... communicat, & illa in carne, cum carne, & per carnem poten- ... quæ ob id de carne rectissimè prædicantur.

... nunc apparet, quanta inter *calamum scribentis, & humani-* ... *Christi* sit differentia. *Calamus* enim instrumentum est merè ..., cui scriba non est unitus, ideoq; suam ipsi doctrinam & sa- ... non communicat, unde fit, ut quamvis scriba doctè pingat ..., calamus tamen ipse doctus non indigitetur. *At verò* humani- ... ὄργανον cooperativum, cum λόγῳ personaliter unitum, ... propter ἕνωσιν ὑποστατικὴν ipsam accepit omnipotentiam ... sapientiam. Ideoq; cum λόγος omnipotenter & omnisapien- ... illam operatur, ipsa non immeritò omnipotens & omnisapi- ... nuncupatur, non secus atq; ferrum, per quod splendet ignis, ..., & corpus, in quo operatur anima, vivum appellatur.

QUÆSTIO XI.

Num res una diversas formas admittat?

Ad Tom. 4. l. 2. de Justificatione.

... est & frequens calumnia Romanensium, doctrinam no- ... de Justificatione nimis esse monstrosam, eò quòd diversæ à ... formæ illius recenseantur.

Pontificii objiciunt, nos multas justificationis formas statuere.

Hinc *Bellarminus* l. 2. de Justific. c. 1. col. 1029. C. scribit, *quinq; no-* ... *errores* numerari posse. Unus est, *formalem causam justificatio-* ..., quod Luthero primo tempore, & Augustanæ confessio- ... buit. Alter, *formalem causam esse Christi justitiam nobis imputa-* ..., quod Illyrico adscribit. Tertius, *formalem causam esse justitiam* ... *entialem, in nobis habitantem*, quod Osiandro placuit. Quartus, ... *formalem causam propriè esse remissionem peccatorum*, quod Calvino ... Quintus, *formalem causam justificationis duplicem esse, justiti-* ... *inhærentem, & justitiam Christi imputatam*, quod Pighius ... quidam docuerunt.

Jesuwita *Salmeron* ait T. 15. p. 25. *Lutherani propè ad viginti duas opiniones de justificatione inter se pervenerunt.*

Verùm calumnia ista neminem movebit, si duo tantùm atten-...

Sed multa nobis tribuuntur, quæ nostra non sunt.

1. *Multa nobis tribui, quæ nostra non sunt.* Quid enim ad nos spectat Osiandri opinio, quid Pighii delirium? Noster nō est, sed vel schisma-...cus vel hæreticus, qui pertinaciter à nobis dissentit, haut secus ac pro suis

suis non habent Papicolæ illos, qui & quatenus [illegible] dei articulum impugnant.

Et multa pro oppositis habentur, quæ conspirant. 2. *Multa pro oppositis haberi, quæ pulchrè c*[illegible] diffitemur, Theologos nostros de causa justific[illegible] simodè locutos esse, & quidem *tria* inprimis phras[illegible] runt. Quidam enim *fidem*, alii *justitiam Chri*[illegible] *remissionem peccatorum* nostræ justificationis for[illegible] hæ formæ non sunt prorsus oppositæ, sed amicè c[illegible] unam constituendam faciunt, & optimè concilia[illegible] enim novum aut insolens est, unius rei essentia[illegible] bi, ideoque varias illi formas adsignari, quod [illegible] pauca quædam 1. de *formarum tum unitate, tum var*[illegible] *de forma justificationis in specie* subjungemus, ad plen[illegible] palis retorsionem..

I. De formis in genere

Unitas est communis adfectio entis. Ut ver[illegible] sic & unicam habet formam, per quam est id qu[illegible] si haberet, res non una, sed multiplex foret. Hic ip[illegible] mitationes aliquot admittit, quas recensebimus

Forma est vel assistens, vel informans. I. Forma est *vel* assistens, *vel* informans. *Illa* di[illegible] tuit. *Illa* est extra rei essentiam, cui adsistit, *hæc* ver[illegible] unde principium essentiale vocatur. Potest igitur res [illegible] bere duas, sed *alteram* adsistentem, *alteram* constituen[illegible] *quæst. 9.* bonorum operum exemplo declaravimus

Vel substantialis, vel accidentalis. II. Forma est *vel substantialis*, quæ dat esse [illegible] dentalis, quæ dat esse modificatum, tale aut tale. *Illa* [illegible] tiplex, cùm idem ens varia accidentia, & sic mult[illegible]s form[illegible] les queat recipere.

Totalis vel partialis. III. *Alia* forma est totalis, *alia partialis*. *Illa* totum [illegible] totius constituit. *Illa* dat esse plenum, *hæc* non dat. D[illegible] quòd unius rei una sit forma totalis: quando verò m[illegible] tibus, hinc varias etiam admittit formas partiales.

Generica vel specifica. IV. Forma est *vel* generica *vel* specifica. *Illam* voc[illegible] *hanc* secundam. *Illa* communis est, *hæc* rei propria. *Illa* d[illegible] fectum, & illimitatum: *hæc* dat esse plenum & determ[illegible] potest esse multiplex, *hæc* non nisi una. Sic unus homo [illegible] formam, nempè specificam, quæ est anima rationalis [illegible]

De notiei simplicib. Logica, Physica, aut Metaphysica.

... animam sentientem, vegetantem, formam mix- ... orma quædam dicitur esse Logica, quædam Physica, quædam ... a. *Forma Logica* est διαφορὰ εἰδοποιητικὴ, vel differen- ... quæ genus ad speciem restringit ac determinat, inque o- ... tium generibus reperitur. *Forma Physica*, quæ propriè & ... rma dicitur, est pars essentialis compositi, quæ unà cum ... constituit corpus naturale. *Forma Metaphysica*, est tota cu- ... quidditas, quo sensu in pluribus passim locis ab Aristotele ... τὸ εἶδος ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι, *Forma est ratio, quod quid* ... seu ratio essendi, per quam res est quod est. Hæc igitur for- ... inctio si attendatur, res una duas vel tres etiam formas admit- ... od exemplo hominis declarari potest. Occurrit in illo forma ... a. 1. *Logica*, & est rationalitas, quæ animalitatem coarctat ... humanam constituit. 2. *Physica*, quæ est anima rationalis, ... s essentialis altera. 3 *Metaphysica*, & est tota quidditas, ... vocabulo dicitur humanitas. Oritur hæc formarum multi- ... ex eo, quòd hominem considerare *tripliciter*. 1. Ut totum *Logi-* ... prout est species constans ex genere & differentia. 2. Ut totum ... m, quatenus est corpus naturale; ex materia & forma compo- ... Ut totum *Metaphysicum*, prout est ens potentia & actu, τῷ es- ... a constans. Qui diversi considerationis modi si attendan- ... acuum erit, rem unam sine sui multiplicatione plures for- ... tere.

Forma una quandoq; multis terminis describitur.

VI. Notandum, quod *forma una non semper uno, sed variis mul-* ... *nis describatur*, quibus ipsis formæ nomen postmodum im- ... ur. Quia enim verba sunt rerum symbola, adeoq; σχέσις mu- ... nter illa cadit, hinc fit, ut nomen signati vel rei, quandoque ipsis ... vel verbis tribuatur. Et quoniam propria formarum nomina ... t, hinc multis sæpè terminis circumscribuntur, qui cùm formæ ... tur, siquidem sunt forma rum signa, fit inde, ut res una multis ... constare appareat. Ibi autem sciendum, *quòd à multitudine* ... *norum formalium*, ut sic loquar, *ad multitudinem ipsius formæ non* ... *at argumentari.*

Exempla hujus observationis frequentissima sunt in relationi- ... s & actionibus. Nam formæ harum sunt obscuræ, & propriis nomi- ... s destitutæ, ideoq; multis terminis, tanquam partialibus formis efferun-

